

000878

MISSÆ PROPRIÆ

SANCTORUM

DIOECESIS CORISOPITENSIS.

F.B.
26M.
H
NIS



MISSÆ PROPRIÆ

SANCTORUM

DIOECESIS CORISOPITENSIS.

FESTA DECEMBRIS.

DIE 1.

In Festo S. TUGDUALDI Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis.

DIE 12.

IN FESTO

S. CORENTINI, PRIMI CORISOPI-
TENSIS EPISC., ET CONF.

Introitus. Eccli. 45.

Státuit ei Dóminus testaméntum
spacis, et príncipem fecit eum, ut
sit illi sacerdótii dígnitas in ætér-
num. *Psal. (131.)* Meménto, Dómine,
David, et omnis mansuetúdinis ejus.
ÿ. Glória.

Oratio.

Gratíæ tuæ, quæsumus Dómine, trí-
bue largitátem : ut qui beáti Co-
rentíni Confessóris tui atque Pontífi-
cis ánnuam solemnitátem recólimus,
vitæ præsentis et futúre præsídiis gau-
deámus. Per Dóminum.

Deinde fit commem. Feriæ tantum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Hebræos. 13.

Fratres : Mementóte præpositórum
vestrórum, qui vobis locúti sunt
verbum Dei : quorum intuéntes éxitum
conversatiónis, imitámini fidem. Jesus
Christus heri, et hódie : ipse et in sé-
cula. Doctrínis váriis et peregrínis no-

lite abdúci. Optimum est enim grátia
stabilíre cor, non escis : quæ non pro-
fuérunt ambulántibus in eis. Habémus
altáre, de quo édere non habent po-
testátem, qui tabernáculo desérviunt.
Quorum enim animálium infértur san-
guis pro peccáto in sancta per pontífi-
cem, horum córpora cremántur extra
castra. Propter quod et Jesus, ut san-
tificáret per suum sánguinem pópu-
lum, extra portam passus est. Exeá-
mus igitur ad eum extra castra, im-
propérium ejus portátes. Non enim
habémus hic manéntem civitátem, sed
futúram inquírimus. Per ipsum ergo
offerámus hóstiam laudis semper Deo,
id est, fructum labiórum confiténtium
nómini ejus. Beneficéntiæ autem, et
communiónis nolíte oblivísci : tálibus
enim hóstiis promerétur Deus. Obedíte
præpósitis vestris, et subjacéte eis.
Ipsi enim pervigilant, quasi ratióne
pro animábus vestris redditúri.

Graduale. (Eccli. 44.) Ecce sacré-
dos magnus, qui in diébus suis plácuit
Deo. ÿ. Non est invéntus símilis illi,
qui conserváret legem Excélsi.

Allelúia, allel. ÿ. (*Ps. 109.*) Tu es
sacrédos in ætérnum secúndum órdi-
nem Melchisedech. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secún-
dum Lucam. 11. 33.

In illo témpore : Dixit Jesus discípu-
lis suis : Nemo lucérnam accéndit,

et in abscondito ponit, neque sub mó-
dio : sed supra candelábrum, ut qui
ingrediúntur, lumen vídeant. Lucérna
córporis tui, est óculus tuus. Si óculus
tuus fúerit simplex, totum corpus tu-
um lúcidum erit; si autem nequam
fúerit, étiam corpus tuum tenebrósum
erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te
est, ténebræ sint. Si ergo corpus tuum
totum lúcidum fúerit, non habens áli-
quam partem tenebrárum, erit lúci-
dum totum, et sicut lucérna fulgóris
illuminábit te.

Dicitur Credo per Octavam.

Offertorium. (Ps. 88.) Véritas mea
et misericórdia mea cum ipso : et in
nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Secreta.

Múnera, quæsumus Dómine, tibi di-
cáta sanctífica : et interveniénte
beáto Corentíno Confessóre tuo atque
Pontífice, in iis partem nos inveníre
concéde. Per Dóminum.

Commemoratio Feriæ.

Præfatio de B. M. V. Et te in Con-
ceptióne.

Communio. (Lucæ 12.) Fidélis ser-
vus et prudens, quem constituit Dó-
minus super familiam suam; ut det
illis in témpore trítici mensúram.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnípotens
Deus : ut sicut divína laudámus in
hujus sancti Confessóris tui atque
Pontíficis Corentíni solemnitáte ma-
gnália; sic indulgéntiam tuam piis
ejus précibus consequámur. Per D.
Commemoratio Feriæ.

DIE 14.

Missa ut in die Festi S. Corentini.
Commem. Oct. Concept. et Feriæ.

Si hæc dies sit Dominica, Missa de
Dom., commemor. duarum Octav.

Si hac die contingat Feria 4 Qua-

tuor Temporum, Missa erit de Feria
cum colore violaceo et commem. dua-
rum Octav. sine Glória in excélsis et
Credo, diceturque Præfatio communis.

DIE 17.

IN FESTO

S. JUDICAELIS ARMORICÆ REGIS,
CONFESSORIS.

¶ *Fit commemor. hujus Festi, quando*
omnibus Festis translatis non superest
intra reliquum anni curriculum locus.

Introitus.

Ps. 54.

Quis dabit mihi pennas sicut co-
lumbæ? Et volábo et requiéscam.
Ecce elongávi fúgiens, et mansi
in solitúdine, quóniam vidi iniquitá-
tem et contradiçãoem in civitáte.
Psal. (20.) Dómine, prævenísti eum in
benedictiónibus dulcedinis; posuísti
in cápite ejus corónam de lápide pre-
tíoso. ⁊. Glória.

Oratio.

Deus, qui beátam Judicaélem a ter-
réni principátus glória ad perfe-
ctiónis evangélicæ professiónem evocá-
sti : ejus nobis intercessióne et auxí-
lio tríbue; ut spretis mundi illécebris,
Christum sequi valeámus. Qui tecum.

Commemoratio Feriæ.

Lectio Libri Ecclesiástæ. 1 et 2.

Ego fui rex Israel in Jerúsalem : et
propósui in ánimo meo quærere et
investigáre sapiénter de ómnibus quæ
fiunt sub sole; et ecce univérſa vánitas
et afflíctio spíritus. Locútus sum in
corde meo, dicens : Ecce magnus ef-
féctus sum, et præcéssi omnes sapién-
tia, qui fuérunt ante me in Jerúsalem :
et mens mea contempláta est multa
sapiénter; et agnóvi quod in his quo-
que esset labor, et afflíctio spíritus.
Dixi ego in corde meo : Vadam, et áf-
fluam divítiis, et fruar bonis. Et vidi
quod hec quoque esset vánitas. Cum-

que me convertissem ad universa opera, quæ fécerant manus meæ, et ad labores, in quibus frustra sudáveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole. Transívi ad contemplándam sapientiam, errorésque et stultitiam: (quid est, inquam, homo, ut sequi possit Regem factórem suum?) Et vidi quod tantum præcéderet sapientia stultitiam, quantum differt lux a ténébris. Unde cessávi, renuntiavítque cor meum ultra laborare sub sole.

Graduale. (Matth. 16.) Quid prodest hómini si universum mundum lucrétur, animæ vero suæ detriméntum patiátur? *ÿ.* (1. Tim. 6.) Nihil enim inútilimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid póssumus.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* Quæ retró sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt prióra exténdens meípsum, ad destinátum persequor, ad bráviū supérnæ vocatiónis Dei in Christo Jesu. (Philip. 3.) Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam. 48.

In illo témpore: Jesus ait cuídám Príncipi: Unum tibi deest; ómnia quæcúmque habes vende, et da pauperibus, et habébis thesáurum in cœlo; et veni, séquere me. His ille audítis, contristátus est, quia dives erat valde. Videns autem Jesus illum tristem factum, dixit: Quam difícilé qui pecúnias habent, in regnum Dei intrábunt! Facílius est enim camélum per forámen acus transíre, quam dívitem intráre in regnum Dei. Et dixerunt qui audiébant: Et quis potest salvus fieri? Ait illis: Quæ impossibília sunt apud hómines, possibília sunt apud Deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimísimus ómnia, et secúti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est qui

reliquit domum, aut paréntes, aut fratres, aut uxórem, aut filios, propter regnum Dei, et non recípiat multa in hoc témpore, et in século ventúro vitam ætérnam.

Offertorium. (Hebr. 11.) Fide majóres divítias æstimans, thesáuro Ægyptiórum impropérium Christi aspi-ciébat in remuneratióne: fide reliquit Ægyptum, invisíbilem enim tanquam videns sustínuit.

Secreta.

Súscipe, Dómine, sacrificium placatiónis et laudis: quod nos, interveniénté beáto Judicaële, et a terrénis expédiat afféctibus, et in perpétua gratiárum actióne constituat. Per Dóm.

Commemoratio Ferie.

Communio. (Ps. 30.) Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondísti timéntibus te! Abscón-des eos in abscondito faciéi tuæ, próteges eos in tabernáculo tuo.

Postcommunio.

Abscónde nos, Dómine, in abscondito faciéi tuæ córporis tui sacraménto munitos: ut a mundi periculis et tentatió nibus líberi, sancti Judicaëlis imitatióne, in lege tua die ac nocte meditántes, delíciis pérfrui mereámur ætérnis. Qui vivis et regnas.

Commemoratio Ferie.

DIE 18.

In Festo EXPECTATIONIS PARTUS B. M. V. Missa ut in Suppl. pro quibusdam locis, ad calcem Missalis Rom.

DIE 26.

In Festo S. Stephani Protomartyris, pro commemoratione OMNIUM SS. MARTYRUM.

Oratio.

Deus, qui glorificáris in concílio sanctórum Mátyrum tuórum: ré-

spice ad preces humilitatis nostræ; ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur.

Deinde commemoratio Nativitatis D. N. J. C. Concède.

Secreta.

Súscipe, quæsumus Dómine, et sanctífica hoc sacrificium: ut quod in honóre beatórum Mártyrum tuórum offértur ad glóriam, nobis prosit ad véniam. Per Dóminum.

De Nativitate D. N. J. C. Secreta Obláta.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus: ut non désinant Sancti tui pro nostris tibi supplicáre peccátis, a quibus voluisti pro peccatóribus exorári. Per Dóminum.

De Nativitate D. N. J. C. Postcommunio Præsta.

FESTA JANUARI.

DIE 23.

In Festo DESPONSATIONIS B. M. V. Missa ut in Supplemento pro quibusdam locis, ad calcem Missalis Rom.

DIE 27.

In Festo S. JULIANI Episcopi et Confessoris. Missa Státuit ei Dóminus, de Communi Confess. Pont.

FESTA FEBRUARII.

Feria 3 post Domin. Septuagesimæ. In Festo ORATIONIS D. N. J. C. in Monte Oliveti. Missa ut in Supplemento.

Feria 3 post Domin. Sexagesimæ. In Commemoratione SS. PASSIONIS D. N. J. C. Missa ut in Supplemento.

Feria 4 ante Cineres.

In Festo EFFUSIONIS SANGUINIS

EX IMAGINE CRUCIFIXI, in Ecclesia Cathedrali tantum. Missa votiva de Passione Domini. Epistola, Christus assistens, ex Dominica Passionis. Dicuntur Glória in excélsis Deo, Credo, et Præfatio de Cruce.

Feria 6 post Cineres.

In Festo SS. SPINÆ CORONÆ D. N. J. C. Missa ut in Supplemento.

Feria 6 post Dom. 1 Quadragesimæ.

In Festo LANCEÆ ET CLAVORUM D. N. J. C. Missa ut in Supplemento.

DIE III.

IN FESTO

S. GENOVÆ VIRGINIS.

Introitus.

Gaudeámus omnes in Dómino, diem festum celebrátes sub honóre beátæ Genovæ Virginitis; de cujus solemnitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei. *Psal. (44.)* Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. *ŷ. Glória.*

Oratio.

Sanctæ Genovæ Virginitis tuæ, Dómine Deus, gloriósis méritis adjuvémur: ut ejus sacro intervéntu cörperis et animæ sanitáte gaudéntes, grátia tua cooperánte, salvémur. Per D.

Commem. S. Blasii Episc. et Mart., per Orationes Missæ Sacerdótes Dei, de Communi Martyris Pontificis.

Léctio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios. II. 10 et 11.

Fratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ, sed et supportáte me. Æmulor enim vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

Graduale. (Ps. 44.) Spécie tua, et pulchritudine tua, inténde, prospere procéde, et regna. *ÿ.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* Adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia. Allelúia.

¶ *Post Septuagesimam, omissis Allelúia et Versu sequenti, dicitur*

Tractus. (Ibid.) Audi filia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam. *ÿ.* Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: filia regum in honóre tuo. *ÿ.* Adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi. *ÿ.* Afferéntur in lætítia et exultatióne: adducéntur in templum Regis.

† Sequéntia sancti Evangélíi secundum Matthæum. 25.

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis parábolam hanc: Simile erit regnum cœlórum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviám sponso, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lámpádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lámpádibus. Moram autem faciente sponso, dormitavérunt omnes, et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbviám ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro, quia lámpades nostræ extinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clau-

sa est jánuá. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. (Ps. 44.) Filia regum in honóre tuo: ástitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto, circúmdata varietáte.

Secreta.

Interveniénte pro nobis beáta Vírgine Genovéfa, cleméntiam tuam depóscimus, omnípotens, ætérne Deus: ut salútem animárum nostrárum páriter et córporum hæc hóstia sacrosáncta effícaciter operétur. Per Dóm.

Commém. S. Blasii.

Communio. (Matth. 25.) Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lámpádibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exíte óbviám Christo Dómino.

Postcommunio.

Cœlésti pane refécti, humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine Jesu Christe: ut per preces et mérita beátæ Genovéfæ Vírginis tuæ, véniam delictórum, sospitátem córporum, gratiámque et glóriam ætérnam consequámur. Qui vivis.

Commemoratio S. Blasii.

DIE 6.

In Festo S. GILDASII Abbatis. Missa Os justi, de Communi Abbatum.

DIE 9.

In Festo S. TITI Episcopi et Confessoris. Missa Státuit ei Dóminus, de Communi Conf. Pont.

DIE. 17.

In Festo S. GUEVROCI Abbatis. Missa Os justi, de Communi Abbatum.

DIE 28.

In Festo S. RUELLINI Episcopi et Conf. Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis.

FESTA MARTII.

Feria 6 post Dom. 2 Quadragesimæ. In Festo SACRATISS. SINDONIS D. N. J. C. Missa ut in Supplemento.

Feria 6 post Dom. 3 Quadragesimæ. In Festo SACRARUM QUINQUE PLAGARUM D. N. J. C. Missa ut in Supplemento.

Feria 6 post Dom. 4 Quadragesimæ. In Festo PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. J. C. Missa ut in Suppl.

DIE 1.

In Festo S. ALBINI, Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis.

DIE 2.

In Festo S. JOEVINI Episc. et Conf. Missa Státuit, de Comm. Conf. Pont.

DIE 3.

In Festo S. GUINGALOEI Abbatis. Missa Os justi, de Communi Abbatum.

DIE 12.

In Festo S. PAULI LEONENSIS Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis, præter Orationem. et Evang.

Oratio.

Deus, qui Apostólico sancti Pauli Episcopi ministério pópulum infidélem lumine fidei ditare dignatus es: da propítius, ipso intercedente; ut promissam fidélibus glóriam, móribus íntegris assequámur. Per Dóm.

Evg. Designávit, e Com. Evangelist.

DIE 18.

In Festo S. GABRIELIS Archangeli. Missa ut in Supplemento.

FESTA APRILIS.

DIE 16.

In Festo S. PATERNI Episcopi et Confessoris. Missa Státuit ei Dóminus, de Communi Confessoris Pontificis.

FESTA MAII.

Dominica 3 post Pascha.

In Festo PATROCINII S. JOSEPH sponsi B. M. V., Conf. Missa ut in Supplemento.

Dominica 1 infra mensem Maii.

IN FESTO

TRANSLATIONIS RELIQUIARUM SS. CORENTINI ET PAULI DIOECESIS PATRONORUM.

¶ Hoc Festum, in Civitate, id est, in Ecclesia Cathedrali, et in quinque Parochiis ipsi adjunctis, tam in concursu quam in occursu præfertur Festis SS. Philippi et Jacobi, ac Inventionis S. Crucis, sed non ita per Diocesim.

Introitus. Eccli. 45.

Státuit ei Dóminus testaméntum spacis, et princípem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum, allelúia, allelúia. *Psal. (131.)* Meménto, Dómine, David, et omnis mánstuetúdinis ejus. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Deus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátos Corentinum et Paulum ministros tribuísti: præsta, quæsumus; ut quos Doctóres vitæ habúimus in terris, intercessóres habére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli
ad Hebræos. 13.

Fratres : Mementóte præpositórum
vestrórum, qui vobis locúti sunt
verbum Dei : quorum intuéntes éxitum
conversatiónis, imitámini fidem. Jesus
Christus heri, et hódie : ipse et in sé-
cula. Doctrínis váriis et peregrínis no-
lite abdúci. Optimum est enim grátia
stabilíre cor, non escis : quæ non pro-
fuérunt ambulántibus in eis. Habémus
altáre, de quo édere non habént po-
testátem, qui tabernáculo desérviunt.
Quorum enim animálium infértur san-
guis pro peccáto in sancta per pontífi-
cem, horum córpora cremántur extra
castra. Propter quod et Jesus, ut san-
ctificáret per suum sánguinem pópu-
lum, extra portam passus est. Exeá-
mus ígitur ad eum extra castra, im-
propérium ejus portántes. Non enim
habémus hic manéntem civitátem, sed
futúram inquírimus. Per ipsum ergo
offerámus hóstiam laudis semper Deo,
id est, fructum labiórum confiténtium
nómini ejus. Beneficéntiæ autem, et
communiónis nolite oblivísci : talibus
enim hóstiis promerétur Deus. Obedíte
præpósitis vestris, et subjacéte eis.
Ipsi enim pervigilant, quasi ratiónem
pro animábus vestris redditúri.

Allelúia, allelúia. *ÿ. Ps. (109.)* Tu
es sacerdos in ætérnum secúndum ór-
dinem Melchisedech. Allelúia. *ÿ.* Hic
est sacerdos quem coronávit Dóminus,
allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secún-
dum Lucam. 11. 33.

In illo témpore : Dixit Jesus discípu-
lis suis : Nemo lucérnam accéndit,
et in abscondito ponit, neque sub mó-
dio : sed supra candelábrum, ut qui
ingrediúntur, lumen vídeant. Lucérna
córporis tui, est óculus tuus. Si óculus
tuus fúerit simplex, totum corpus tu-

um lúcidum erit ; si autem nequam
fúerit, étiam corpus tuum tenebrósum
erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te
est, ténebræ sint. Si ergo corpus tuum
totum lúcidum fúerit, non habens áli-
quam partem tenebrárum, erit lúci-
dum totum, et sicut lucérna fulgóris
illuminábit te.

Offertorium. (Ps. 88.) Véritas mea
et misericórdia mea cum ipso : et in
nómine meo exaltábitur cornu ejus,
allelúia.

Secreta.

Sancti tui, quæsumus Dómine, nos
Subíque lætíficent : ut, dum eórum
mérita recólimus, patrocínia sentiá-
mus. Per Dóminum.

*Ante Octavam Ascensionis Præfatio
Paschalis. Infra hanc Octavam Præfa-
tio et Communicantes de Ascensione.*

Communio. (Lucæ 12.) Fidélis ser-
vus et prudens, quem constituit Dómi-
nus super familiam suam ; ut det illis
in témpore trítici mensúram, allelúia.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus :
ut de percéptis munéribus grátias
exhibéntes, intercedéntibus beátis Co-
rentíno et Paulo Confessoribus tuis at-
que Pontificibus, beneficia potióra su-
mámus. Per Dóminum.

DIE 11.

*In Festo S. TUDINI Abbatis. Missa
Os justi, de Communi Abbatum.*

DIE 13.

*In Festo S. BRIOCI Episcopi et Con-
fessoris. Missa Státuit ei Dóminus, de
Communi Confessoris Pontificis.*

DIE 15.

*In Festo S. PRIMAELIS Presbyteri
et Confessoris. Missa Justus ut palma,
de Communi Confessoris non Pontificis.*

DIE 19.

In Festo S. YVONIS Presb. et Conf. Missa, Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beátum Yvónem Presbyterum, paupéribus patrem, víduis patrónum, pupillis tutórem providísti: da nobis, ejus intercessióne, símili charitáte flagáre, et sic spérnere temporália, quæ transeunt, ut consequámur æténa. Per Dóminum.

DIE 22.

In Festo S. AUGUSTINI CANTUARIENSIS Episc. et Conf. Missa Sacerdotes, de Communi Confessoris Pontificis, præter Orationem.

Oratio.

Deus, cujus ineffábili misericórdia beátus Póntifex Augustínus in gentibus evangelizávit investigábiles divítias Christi: da nos ejus intercessióne créscere in sciéntia tua, et in omni ópere bono fructificátes, secúndum Evangélii veritátem coram te ambuláre. Per eúndem.

DIE 23.

In Festo SS. DONATIANI ET ROGATIANI Martyrum. Tempore Paschali, Missa Sancti tui, de Communi plurimorum Martyrum. Oratio Deus, qui nos concédís. Extra Tempus Paschale, Missa Sapiéntiam.

DIE 24.

In Festo B. MARIE V. titulo AUXILIUM CHRISTIANORUM. Missa ut in Supplemento.

DIE 28.

In Festo S. NEPOMUCENI Martyris. Missa ut in Supplemento.

Dominica 3 post Pentecosten.

In Festo SS. CORDIS JESU. Missa Miserébitur, ut in Supplemento.

FESTA JUNII.

DIE 1.

In Festo S. RONANI Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis.

DIE 3.

In Festo S. CLOTILDIS Francorum Reginae. Missa Cognóvi, de Communi non Virginis, præter Orationem.

Oratio.

Réspice, quæsumus Dómine, ad Francórum benígnus impérium: et quibus, per devótam sanctæ Clotildis instántiam, donum fidei contulísti; iisdem, per ejus intercessiónem, tribue sincérum christiánæ pietátis affectum. Per Dóminum.

DIE 16.

In Festo S. FRANCISCI REGIS Confessoris. Missa ut in Supplemento.

DIE 17.

In Festo S. HERVÆI Confessoris. Missa Justus ut palma, de Communi Conf. non Pont., præter Orationem.

Oratio.

Deus, qui beáto Hervæo impérium in dæmones contulísti: concéde, quæsumus; ut ipsíus intercessióne, multímodam illórum nequítiam superáre, et destináta vincéntibus præmia cónsequi valeámus. Per Dóm.

DIE 27.

IN FESTO

SS. IRENÆI EPISCOPI ET DOCT., ET SOCIORUM EJUS MARTYRUM.

Introitus. Malach. 2. 6.

Lex veritátis fuit in ore ejus, et iniquitas non est invénta in lábiis ejus: in pace et in æquitáte am-

bulávit mecum, et multos avértit ab iniquitáte. *Psal.* (119.) Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: cum loquébar illis, impugnábant me gratis. *ÿ.* Glória.

Oratio.

Deus, qui beáto Irenæo Mártiri tuo datque Pontífici tribuísti, ut et veritáte doctrínæ expugnáret hæreses, et pacem Ecclesiæ feliciter confirmáret: da, quæsumus, plebi tuæ in sancta religiône constántiam; et pacem tuam nostris concéde temporibus. Per Dñm.

Lectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum. II. 3 et 4.

Charíssime: Pérmáne in iis, quæ didicísti, et crédita sunt tibi, sciens a quo didiceris: et quia ab infántia sacras líttas nosti, quæ te possunt instrúere ad salútem per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis Scriptúra divínitus inspiráta útilis est ad docéndum, ad arguéndum, ad corripiéndum, ad erudiéndum in justítia, ut perféctus sit homo Dei, ad omne opus bonum instrúctus. Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus. Prædica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbse-cra, increpa in omni paciéntia, et doctrína. Erit enim tempus cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quídem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple.

Graduale. (Ps. 121.) Propter fratres meos, et próximos meos loquébar pacem de te. *ÿ.* (Ps. 36.) Custódi innocéntiam, et vide æquitátem: quóniam sunt reliquix hómini pacífico.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* (Eccli. 6.) In

multitúdine Presbyterórum prudéntium sta; et sapiéntiæ illórum ex corde conjúgere, ut omnem narratióem Dei possis audíre. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem. 10.

In illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus: bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, vidit lupum veniéntem, et dimíttit oves, et fugit; et lupus rapit, et dispérgit oves. Mercenárius autem fugit, quia mercenárius est, et non pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus, et cognósco oves meas, et cognóscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego cognósco Patrem; et ánimam meam pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovíli; et illas opórtet me addúcere, et vocem meam audient; et fiet unum ovíle, et unus pastor.

Offertorium. (Eccl. 24.) Doctrínam quasi antelucánum illúmino ómnibus, et enarrábo illam usque ad longínquum.

Secreta.

Deus, qui credéntes in te pópulos nullis sinis cóncuti terróribus: dignáre preces et hóstias dicátæ tibi plebis suscípere, et pax a tua pietáte concéssa, Christianórum fines ab omni hoste fáciat esse secúros. Per Dóm.

Communio. (Eccli. 24.) Vidéte quóniam non soli mihi laborávi, sed ómnibus exquiréntibus veritátem.

Postcommunio.

Deus auctor pacis et amátor, quem nosse vivere, cui servíre regnáre est: prótege ab ómnibus impugnatió-nibus súpplíces tuos; ut qui in defensióne tua confidimus, beáti Irenæi

Martyris tui atque Pontificis intercessiōe, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dōminum.

DIE 29.

In Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli. Pro commemoratione OMNIUM SS. APOSTOLORUM. (Ex indulto 9 Aprilis 1802.)

Oratio.

Exaudi nos, Deus salutāris noster: et Ōmnium sanctōrum Apostolōrum tuōrum tuere præsidiis, quorum donasti fidēles esse doctrinis. Qui vivis.

Secreta.

Gloriam, Dōmine, sanctōrum Apostolōrum tuōrum perpetuam celebrāntes, quæsumus: ut eādem sacris mystēriis expiātis dignius celebrēmus. Per Dōminum.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: ut fidēles tui venerādas assidue celebrāntes sanctōrum Apostolōrum tuōrum passiōes, et cōpiam invēniant perpetuæ devotiōnis, et salutis æternæ suffrāgia majōra conquīrant. Per D.

FESTA JULII.

DIE 7.

In Festo S. PULCHERIE Imperatricis, Virginis. Missa Vultum tuum, de Communi Virginis tantum, præter Orationem et Evangelium.

Oratio.

Deus, qui beatam Pulchēriam Virginem tuam singulāri castitatis prærogatīva decorasti, quique illi ad defendēdam Ecclēsiā tuā summū fidei amorem tribuere voluisti: concēde; ut ejus intercessiōe, tibi puris mētibz inhærentes, ab ōmnium hōstium insidiis misericōrditer liberēmur. Per Dōminum.

† Sequēntia sancti Evangēlii secundum Joānnem. 17.

In illo tēpore: Dixit Jesus: Hæc est autem vita æterna: ut cognōscant te solum Deum verum et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificāvi super terram: opus consummāvi quod dedisti mihi ut faciā: et nunc clarifica me, tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestāvi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: tui erant, et mihi eos dedisti, et sermōnem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia ōmnia verba quæ dedisti mihi abs te sunt: quia, quæ dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti.

DIE 9.

In Festo S. GOLVINI Episcopi et Confessoris. Missa Stāluit, de Communi Conf. Pont.

DIE 11.

In Festo S. TURIAMI Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdōtes, de Communi Conf. Pont. Commem. S. Pii Papæ et Martyris.

DIE 21.

In Festo S. THENENANI Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdōtes, de Communi Conf. Pont. Commemoratio S. Prædix Virginis.

DIE 27.

IN FESTO

S. SAMSONIS EPISCOPI ET CONF.

Introitus. Eccli. 45.

Stāluit ei Dōminus testamētum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotiū dignitas in ætēnum. *Psal. (131.)* Memēto, Dōmine,

David, et omnis mansuetudinis ejus.
 ⁊. Glória.

Oratio.

Deus, qui étiam longínquis et remó-
 tis ad mare regiónibus beáti Pon-
 tíficis Samsónis ministério glóriam
 tuam prædicáre voluisti: ejus méritis
 et intercessióne concéde; ut quæ pro
 consequénda salúte faciénda edócuit,
 digno evangélicis promíssis efféctu ad-
 implére valeámus. Per Dóminum.

Commem. S. Pantaleonis Mart.

Léctio libri Sapiéntiæ. *Eccli. 44.*

Ecce sacerdos magnus, qui in dié-
 bus suis plácuit Deo, et invéntus
 est justus: et in témpore iracúndiæ
 factus est reconciliátio. Non est invén-
 tus símilis illi, qui conservávit legem
 Excélsi. Ideo jurejurádo fecit illum
 Dóminus créscere in plebem suam.
 Benedictiónem ómnium géntium de-
 dit illi, et testaméntum suum confir-
 mávit super caput ejus. Agnóvit eum
 in benedictiónibus suis: conservávit
 illi misericórdiam suam, et invénit
 grátiam coram óculis Dómini. Magni-
 ficávit eum in conspéctu regum, et
 dedit illi coronam glóriæ. Státuit illi
 testaméntum ætérnum, et dedit illi sa-
 cerdótium magnum, et beatificávit il-
 lum in glória. Fungi sacerdótio, et
 habére laudem in nómine ipsíus, et
 offérre illi incénsus dignum in odó-
 rem suavitátis.

Graduale. (Eccli. 44.) Ecce sacér-
 dos magnus, qui in diébus suis plá-
 cuit Deo. ⁊. Non est invéntus símilis
 illi, qui conserváret legem Excélsi.

Allelúia, allelúia. ⁊. (Ps. 109.) Tu
 es sacerdos in ætérnum secúndum ór-
 dinem Melchisedech. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélii secún-
 dum Matthæum. 10.

In illo témpore: Dixit Jesus discí-
 pulis suis: Eúntes, prædicáte, di-

céntes, quia appropinquávit regnum
 cœlórum. Infirmos curáte, mórtuos
 suscitáte, leprósos mundáte, dæmones
 ejícite: gratis accepístis, gratis date.
 Nolite possidére aurum, neque argén-
 tum, neque pecúniám in zonis vestris:
 non peram in via, neque duas túnicas,
 neque calceaménta, neque virgam;
 dignus enim est operárius cibo suo.
 In quacúmque autem civitátem, aut
 castéllum intravéritis, interrogáte quis
 in ea dignus sit: et ibi manéte donec
 exeátis. Intrántes autem in domum,
 salutáte eam, dicéntes: Pax huic dó-
 mui. Et si quidem fúerit domus illa
 digna, véniet pax vestra super eam: si
 autem non fúerit digna, pax vestra re-
 vertétur ad vos. Et quicúmque non re-
 céperit vos, neque audierit sermónes
 vestros: exeúntes foras de domo, vel
 civitáte, excútite púlverem de pédibus
 vestris.

Offertorium. (Ps. 88.) Inveni David
 servum meum, óleo sancto meo unxi
 eum: manus enim mea auxiliábitur ei,
 et bráchium meum confortábit eum.

Secreta.

Deus, qui cum munéribus nullis in-
 dígeas, ipse nobis múnera cuncta
 largíris: áccipe propítius quæ de
 tuis donis tibi nos offérre voluisti, et
 beáti Samsónis Antístitis intercessióne
 præsta; ut exúberans in nobis tui grá-
 tia Sacraménti, donis suis ipsa nos
 dignos efficiat. Per Dóminum.

Commem. S. Pantaleonis M.

Communio. (Lucæ 12.) Fidélis ser-
 vus et prudens, quem constituit Dómi-
 nus super familiam suam: ut det illis
 in témpore trítici mensúram.

Postcommunio.

Plebs tua, Dómine, Sacraméntis pu-
 rificáta cœléstibus, et beáti Sam-
 sónis Pontíficis adjúta suffrágiis, quod
 sumit, intélligat; quod gustu delíbat,

móribus apprehéndat; quod justis orationibus expetit, tua miseratione percípiat. Per Dóminum.

Commem. S. Pantaleonis M.

DIE 30.

In Festo S. GUILLELMI Episcopi et Conf. Missa Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis. Commem. SS. Abdon et Sennen Martyrum.

FESTA AUGUSTI.

DIE 9.

In Festo S. GERMANI Episcopi et Confessoris. Missa Stáuit, de Communi Conf. Pont. Fit commemor. 1º Vigiliæ S. Laurentii; 2º S. Romani Martyris. Evang. Vigiliæ legitur in fine Missæ.

DIE 16.

In Festo S. ROCHI Conf. Missa ut in Supplemento.

DIE 18.

In Festo S. HYACINTHI Confessoris (e 16.). Missa Os justi, de Communi Conf. non Pont. Commem. Oct. et S. Agapiti Abbatis.

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE 3.

In Festo S. FIACRII Confessoris. Missa Os justi, de Communi Conf. non Pont.

FESTA OCTOBRIS.

DIE 3.

In Festo S. MELORI Martyris. Missa In virtúte tua, de Communi unius Mart. non Pont., cum Evangelio Si quis vult post me venire, ex Missa

Sacerdotes Dei, de Communi unius Mart. Pontificis.

DIE 5.

In Festo S. MAURITII Abbatis. Missa Os justi, de Communi Abbatum. Commem. SS. Placidi et Sociorum Mart.

DIE 16.

In Festo S. CONOGANI Corisopitensis Episcopi et Confessoris. Missa Stáuit ei Dóminus, de Communi Confess. Pontificis. In Ecclesia Cathedrali dicitur Credo.

DIE 21.

In Festo SS. URSULÆ ET SOCIARUM EJUS, Virginum et Martyrum. Missa Loquébar, de Communi Virginis et Martyris. Orationes Da nobis, etc., et Epistola De Virgínibus, de Communi plurium Virg. et Mart.

Commem. S. Hilarionis Abbatis. Oratio Intercéssio.

DIE 23.

In Festo S. MAGLORII Episcopi et Confessoris. Missa Stáuit, de Communi Conf. Pont.

DIE 24.

In Festo S. RAPHAELIS Archangelii. Missa ut in Supplemento.

DIE 25.

In Festo S. GUESNOVEI Episcopi et Confessoris. Missa Stáuit, de Communi Conf. Pont. Commemoratio SS. Chrysanthi et Daricæ Mart.

DIE 26.

In Festo S. ALORI, Corisopitensis Episcopi et Confessoris. Missa Stáuit, de Communi Confessoris Pontificis. Et fit commemor. 1º S. Alani Corisopitensis Episcopi, cum Orationibus Missæ

Sacerdotes tui, de Communi Confessoris Pontificis; 2º S. Evaristi Papæ et Martyris, cum Orationibus Missæ Stáuit, de Communi Martyris Pont.

FESTA NOVEMBRIS.

Dominica infra Oct. Omnium SS.

IN FESTO

VENERATIONIS SS. RELIQUIARUM

¶ Quando prima dies Novembris est Dominica, tunc de hoc Festo occurrente in die Octava, fit Feria sexta præcedenti cum commemoratione Octavæ.

Introitus. (Matth. 24.)

Tunc parébit signum Filii hóminis in cælo: et mittet Angelos suos cum tuba et voce magna: et congregábunt eléctos ejus a quatuor ventis, a summis cælórum usque ad términos eórum. *Psal. (83.)* Elégi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Auge in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum Reliquiis mirabília operáris: et fac nos immortalitátis glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pignora venerámur. Per Dóminum.

Commem. Dominicæ et Oct.

Lectio Libri Sapiéntiæ. (Sap. 5.)

Tunc stabunt justi in magna constantia advérsus eos qui se angustiavérent, et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horribili, et mirabúntur in subitatióne insperatæ salutis, dicéntes intra se, pœniténtiam ágéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt quos habúimus aliquándo in derísu et in similitúdinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam,

et finem illórum sine honóre. Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est. Ergo errávimus a via veritátis, et justitiæ: lumen non luxit nobis, et sol intelligéntiæ non est ortus nobis. Lassáti sumus in via iniquitátis et perditiónis, et ambulávimus vias difficiles; viam autem Dómini ignorávimus. Quid nobis prófuit supérbia? Aut divitiárum jactántia quid cónsulit nobis? Transiérunt ómnia illa tanquam umbra, et tanquam núnlius percúrrens, et tanquam navis quæ pertránsit fluctuántem aquam: cujus, cum præterierit, non est vestígium inveníre, neque sémitam carínæ illius in flúctibus; aut tanquam avis quæ tránsvolat in áere, cujus nullum invenitur arguméntum itínemis, sed tantum sónitus alárum vérberans levem ventum, et scindens per vim itínemis áerem: commótis alis transvolávit, et post hoc nullum signum invenitur itínemis illius: aut tanquam sagitta emissa in locum destinátum, divisus aer continuo in se reclúsus est, ut ignorétur tránsitus illius. Sic et nos nati continuo desívimus esse: et virtútis quidem nullum signum valúimus osténdere: in malignitáte autem nostra consumpti sumus. Tália dixerunt in inférno hi qui peccavérunt: quóniam spes impii tanquam lanúgo est, quæ a vento tollitur: et tanquam spuma gráclis, quæ a procélla dispérgitur: et tanquam fumus, qui a vento diffúsus est: et tanquam memória hóspitis unius diéi prætereúntis. Justi autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum, et cogitatio illórum apud Altíssimum. Ideo accipient regnum decóris, et diadéma speciéi de manu Dómini: quóniam dextera sua teget eos, et bráchio sancto suo deféndet illos.

Graduale. (Sap. 3.) Visi sunt oculis insipientium mori; illi autem sunt in pace. *ÿ.* (Is. 26, Ezech. 37.) Expergiscimini et laudate, qui habitatis in pulvere, dabo spiritum meum in vobis, et vivetis.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* (Ps. 34.) Anima mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutari suo: omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangelii secundum Lucam. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Dico autem vobis amicis meis: Ne terreámini ab his qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeátis: timeáte eum qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeáte. Nonne quinque pászeres vaneunt dipondio? Et unus ex illis non est in oblivióne coram Deo: sed et capilli cápitis vestri omnes numeráti sunt. Nolite ergo timére: multis passéribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis quicumque conféssus fúerit me coram homínibus, et Fílius hóminis confitébitur illum coram Angelis Dei. Qui autem negáverit me coram homínibus, negábitur coram Angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in Fílium hóminis, remittétur illi: ei autem qui in Spíritum sanctum blasphemáverit, non remittétur. Cum autem inducent vos in synagógas, et ad magistrátus et potestátes, nolite solliciti esse quáliter aut quid respondeátis, aut quid dicátis: Spíritus enim sanctus docébit vos in ipsa hora quid opórteat vos dicere.

Dicatur Credo.

Offertorium. (Matth. 16.) Quid prodest hómini, si univérsum mundum

lucrétur, animæ vero suæ detriméntum patiátur? Aut quam dabit homo commutatióem pro ánima sua?

Secreta.

Deus, qui cörpera Sanctórum tuórum per inhabitántem Spíritum sanctum tuum sanctificáre dignátus es: præsta; ut eórum pia mérita recólentes, imitémur exéempla, et terréstria relinquentes, sola quærámus cœléstia. Per Dóminum nostrum.... in unitáte ejúsdem Spíritus.

Commem. Dom. et Oct.

Communio. (Hebr. 12.) Et nos tantam habéntes impósitam nubem téstium, currámus ad propósitum nobis certámen: aspicientes in auctórem fidei Jesum, qui propósito sibi gáudio, sustínuit crucem, confusióne contémpta, atque in dextera sedis Dei sedet.

Postcommunio.

Mirabilem te, Deus, et unum Sanctum in ómnibus Sanctis tuis adorántes, grátiam tuam implorámus: qua perficientes sanctificatióem in timóre tuo, ex hac cœlésti mensa, ad cœli ipsius perénne transeámus convívium. Per Dóminum.

Commem. Dom. et Oct. Evangelium Dominicæ in fine.

Dominica proxima post Oct. Omnium Sanctorum.

ANNIVERSARIUM
DEDICATIONIS OMNIUM ECCLESIARUM GALLIÆ.

Missa ut in Communi Dedicationis Ecclesiæ.

DIE 3.

In Festo S. GUENAELI Abbatis. Missa Os justi, de Communi Abbatum.

DIE 6.

In Festo S. HILTUTI Abbatis. Missa Os justi, de Communi Abbatum.

DIE 7.

Commemoratio S. TREMORI Martyris, per Orationes Missæ Lætabitur, de Communi Martyris non Pont.

DIE 13.

In Festo S. STANISLAI KOTSKÆ Confessoris. Missa ut in Supplemento.

DIE 16.

In Festo S. MELANII Episcopi et Confessoris. Missa Státuit, de Communi Conf. Pont.

Dominica 4 Novembris.

In Festo PATROCINII B. M. V. Missa votiva B. M. V. a Pentecoste ad Adventum. Credo. Præf. de B. Maria Et te in Festivitate.

Adprobata et revisa uti jacent in hoc Exemplare, per Decretum datum die 5 mense Septembris, anno 1851, quod prostat in calce Officiorum Diœcesis Corisopitensis.

Loco † Sigilli.

J. G. FATATI, S. R. C. Secretarius.

JOSEPHUS-MARIA GRAVERAN,

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA,

CORISOPITENSIS EPISCOPUS,

Omnibus præsentibus visuris salutem in Domino.

Cum Missali Romano additum fuerit Proprium a Sacra Rituum Congregatione approbatum, pro Diœcesi Corisopitensi, hujus Proprii impressionem commisimus dilecto Nobis Vatar typographo, excusumque et a revisoribus idoneis a Nobis ad id deputatis recognitum, postquam constitit, diligenti collatione facta, cum suo originali illud convenire, idem approbavimus evulgandique licentiã dedimus, prout, per præsentibus, approbamus ac licentiã damus.

Datum Corisopiti, sub signo sigilloque nostris, ac Secretarii Episcopatus nostri subscriptione, anno Domini millesimo octingentesimo quinquagesimo secundo, die vero vigesima prima mensis Januarii.

Loco † sigilli.

† J^{hus}-M^a, Episcop. Corisopit.

De mandâto RR. DD. Episcopi Corisopitensis,

EVARD, *P^{ter} Secretarius.*

DIE 29.

In Festo S. HOARDONIS Episcopi et Confessoris. Missa Státuit, de Communi Conf. Pont. Et fit commemoratio 1^o Vigiliæ; 2^o S. Saturnini Martyris.

Notandum quod si Festum Translationis Reliquiarum SS. Corentini et Pauli, Diœcesis Patronorum, p. 6, supra, transferatur post Pentecosten, tunc Missa dicenda erit ritu non Paschali, id est, Allelúia omittatur in Introitu, Offertorio et Communione, et loco Allelúia cum suo γ., dicatur Graduale de Comm. Conf. Pont., ut sequitur:

Graduale. (Eccli. 44.) Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. γ. Non est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Allelúia, allel. γ. (Ps. 109.) Tu es sacerdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech. Allelúia.

INDEX

MISS. PROPR. DIOECESIS CORISOPITENSIS.

FESTA DECEMBRIS.

1. S. Tugdualdi Episc. et Conf.	fol. 1
12. S. Corentini, primi Corisopitensis Episc. et Conf.	1
14. De Oct.	2
17. S. Judicaelis Armoricae Regis, Conf.	2
18. In Festo Expectationis Partus B. M. V.	3
26. Pro commem. Omnium SS. Martyrum.	3

FESTA JANUARI.

23. In Festo Desponsationis B. M. V.	4
27. S. Juliani Episc. et Conf.	4

FESTA FEBRUARI.

Feria 3 post Dom. Septuagesimæ. In Festo Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti.	4
Feria 3 post Dom. Sexagesimæ. In commemoratione SS. Passionis D. N. J. C.	4
Feria 4 ante Cineres. In Festo Effusionis Sanguinis ex Imagine Crucifixi.	4
Feria 6 post Cineres. In Festo SS. Spineæ Coronæ D. N. J. C.	4
Feria 6 post Dom. 1 Quadragesimæ. In Festo Lanceæ et Clavorum D. N. J. C.	4
3. S. Genovefæ Virg.	4
6. S. Gildasii Abbatis.	5
9. S. Titi Episc. et Conf.	5
17. S. Guevroci Abbatis.	5
28. S. Ruellini Episc. et Conf.	6

FESTA MARTII.

Feria 6 post Dom. 2 Quadragesimæ. In Festo Sacratissimæ Sindonis D. N. J. C.	6
Feria 6 post Dom. 3 Quadragesimæ. In Festo Sacrarum quinq̃ue Plagarum D. N. J. C.	6
Feria 6 post Dom. 4 Quadragesimæ. In Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.	6
1. S. Albini Episc. et Conf.	6
2. S. Jovini Episc. et Conf.	6
3. S. Guingaloëi Abbatis.	6
12. S. Pauli Leonensis Episc. et Conf.	6
18. S. Gabrielis Archangeli.	6

FESTA APRILIS.

16. S. Paterni Episc. et Conf.	6
--------------------------------	---

FESTA MAII.

Dom. 3 post Pascha. In Festo Patrocinii S. Joseph, Sponsi B. M. V.	6
Dom. 1 infra mensem Maii. In Festo Translationis Reliquiarum SS. Corentini et Pauli Dioecesis Patronorum.	6
11. S. Tudini Abbatis.	7
13. S. Brioci Episc. et Conf.	7
15. S. Primaëlis Presb. et Conf.	7
19. S. Yvonis Presb. et Conf.	8

22. S. Augustini Cantuariensis Ep. et Conf.	8
23. SS. Donatiani et Rogatiani Mart.	8
24. B. MARLÆ V. titulo Auxilium Christianorum.	8
28. S. Nepomuceni Mart.	8
Dom. 3 post Pentec. In Festo SS. Cordis Jesu.	8

FESTA JUNII.

1. S. Ronani Episc. et Conf.	8
3. S. Clotildis Francorum Reginae.	8
16. S. Francisci Regis Conf.	8
17. S. Hervæi Conf.	8
27. SS. Irenæi Episc. et Doct., et Sociorum ejus Martyrum.	8
29. Pro commem. Omn. SS. Apostolorum.	10

FESTA JULII.

7. S. Pulcheriæ Imperatricis, Virginis.	10
9. S. Golvini Episc. et Conf.	10
11. S. Turiavi Episc. et Conf.	10
21. S. Thenenani Episc. et Conf.	10
27. S. Samsonis Episc. et Conf.	10
30. S. Guillelmi Episc. et Conf.	12

FESTA AUGUSTI.

9. S. Germani Episc. et Conf.	12
16. S. Rochi Conf.	12
18. S. Hyacinthi Conf.	12

FESTA SEPTEMBRIS.

3. S. Fiacrii Confessoris.	12
----------------------------	----

FESTA OCTOBRIS.

3. S. Melori Mart.	12
5. S. Mauritii Abbatis.	12
16. S. Conogani Corisop. Episc. et Conf.	12
21. SS. Ursulæ et Sociarum ejus, Virg. et Mart.	12
23. S. Maglorii Episc. et Conf.	12
24. S. Raphaelis Archangeli.	12
25. S. Guesnovei Episc. et Conf.	12
26. S. Alori Corisop. Episc. et Conf.	12

FESTA NOVEMBRIS.

Dom. infra Oct. Omnium Sanctorum. In Festo Venerationis Reliquiarum.	13
Dom. post Oct. Omnium Sanctorum. Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum Gallia.	14
3. S. Guenaeli Abbatis.	14
6. S. Hiltuti Abbatis.	14
7. S. Tremori Martyris.	15
13. S. Stanislai Kotskæ Conf.	15
16. S. Melanii Episc. et Conf.	15
Dom. 4 Novembris. In Festo Patrocinii B. M. V.	15
29. S. Hoardonis Episc. et Conf.	15

KALENDARIUM

DIOECESIS CORISOPITENSIS.

JANUARIUS.

- 1 CIRCUMCISIO Domini nostri Jesu-Christi, *duplex 2 cl.*
- 2 Oct. S. Stephani protomartyris, *duplex, comm.* Oct. S. Joannis apostoli et SS. Innocentium.
- 3 Oct. S. Joannis apostoli et evangelistæ, *duplex, comm.* Oct. SS. Innocentium.
- 4 Octava SS. Innocentium martyrum, *duplex.*
- 5 Vigilia Epiphaniæ Domini, *semid., comm.* S. Telephori papæ et martyris.
- 6 EPIPHANIA Domini nostri Jesu Christi, *duplex 1 cl.* Dom. infra Oct. Epiphaniæ, *semid.*
- 7 De Octava Epiphaniæ, *semid.*
- 8 " "
- 9 " "
- 10 " "
- 11 De Octava Epiphaniæ, *semid., comm.* S. Hygini papæ et mart.
- 12 De Octava, *semid.*
- 13 Octava Epiphaniæ, *duplex.*
Dominica 2 post Epiphaniam, FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS JESU, *duplex 2 classis, commem.* Dominicæ.
- 14 S. Hilarii episc., conf., et Doct., *duplex, comm.* S. Felicis presb. et mart.
- 15 S. Pauli primi eremitæ, *duplex, comm.* S. Mauri abb.
- 16 S. Marcelli I papæ et martyris, *semid.*
- 17 S. Antonii abbatis, *duplex.*
- 18 *Cathedra S. Petri apost. Romæ*, *dupl. maj., comm.* S. Pauli apost., ac S. Priscæ virg. et mart.
- 19 S. Canuti regis et martyris, *semid. ad libitum, comm.* SS. Marii et soc. martyrum.
- 20 SS. Fabiani I Papæ et Sebastiani martyrum, *duplex.*
- 21 S. Agnetis virginis et martyris, *duplex.*
- 22 SS. Vincentii et Anastasii martyrum, *semid.*
- 23 *Desponsatio B. Mariæ V., cum S. Joseph*, *duplex majus, com.* S. Joseph conf. et S. Emerentianæ virg. et mart.
- 24 S. Timothæi episcopi et martyris, *semid.*
- 25 *Conversio S. Pauli apostoli*, *duplex majus, comm.* S. Petri apostoli.
- 26 S. Polycarpi episcopi et martyris, *semid.*
- 27 S. Joannis Chrysostomi episcopi, conf. et doct., *dupl.*
- 28 S. Juliani, episc. et conf. *semid. comm.* S. Agnetis virg. et martyris, 2.
- 29 S. Francisci Salesii episcopi et confessoris, *duplex.*
- 30 S. Martinæ virginis et martyris, *semid.*
- 31 S. Petri Nolasci confessoris, *dupl.*
Dominica 2 post Epiphaniam, FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS JESU, *dupl. 2 class.*

FEBRUARIUS.

- 1 S. Ignatii episcopi et martyris, *semid.*
- 2 PURIFICATIO B. Mariæ V., *duplex 2 classis.*
- 3 S. Genovefæ virginis, *dupl. comm.* S. Blasii episc. et mart.
- 4 S. Andreæ Corsini episc. et conf., *duplex.*
- 5 S. Agathæ virginis et martyris, *duplex.*
- 6 S. Gildasii abbatis, *semid. com.* S. Dorotheæ virg. et mart.
- 7 S. Romualdi abbatis, *duplex.*
- 8 S. Joannis de Matha confessoris, *duplex.*
- 9 S. Titi ep. et conf., *semid. com.* S. Apolloniæ virg. et m.
- 10 S. Scholasticæ virginis, *duplex.*
- 11 S. Raymundi de Pennafort, conf. *semid.*
- 12 " "
- 13 " "
- 14 S. Valentini presbyteri et martyris, *semid.*
- 15 SS. Faustini et Jovitæ martyrum, *semid.*
- 16 " "
- 17 S. Guevroci abbatis, *semid.*
- 18 S. Simeonis episcopi et martyris, *semid.*
- 19 " "
- 20 " "
- 21 " "
- 22 *Cathedra S. Petri apost. Antiochiæ*, *duplex majus.*
- 23 S. Petri Damiani episcopi, conf. et doct., *duplex, comm.* Vigil.
- 24 S. MATHIÆ APOSTOLI, *duplex 2 classis.*
- 25 " "
- 26 " "
- 27 " "

- 28 S. Ruellini episcopi et confessoris, *semid.*
- Feria 3 post Dominicam Septuag., *Orationis D. N. J. C. in monte Oliveti*, *dupl. majus.*
- Feria 3 post Dominicam Sexag. *Commemorationis Passionis D. N. J. C.*, *duplex majus.*
- Feria 4 post Dominicam Sexag. *In Festo effusionis Sanguinis ex imagine Crucifixi*, *duplex majus. (In Cathedrali tantum).*
- Feria 6 post Cineres, *Sacræ Spinæ Coronæ D. N. J. C.*, *duplex majus.*
- Feria 6 post Dominicam 1 Quadragesimæ, *Lanceæ et Clavorum D. N. J. C.*, *dupl. maj.*

MARTIUS.

- 1 S. Albini Episcopi et Confessoris, *duplex.*
- 2 S. Jovini episcopi et confessoris, *semid.*
- 3 S. Guengaloei abbatis, *duplex majus.*
- 4 S. Casimiri regis et Conf., *semid. comm.* S. Lucii papæ, et mart.
- 5 " "
- 6 " "
- 7 S. Thomæ de Aquino conf. et ecclesiæ doct., *dupl., comm.* SS. Perpetuæ et soc. mart.
- 8 S. Joannis de Deo confessoris, *duplex.*
- 9 S. Francisæ viduæ romanæ, *duplex.*
- 10 SS. Quadraginta Martyrum, *semid.*
- 11 " "
- 12 S. PAULI LEONENSIS episc. et confessoris, *dupl. 2 cl.*
- 13 S. Gregorii I papæ, conf. et doct., *dupl. (e 12 hujus m.).*
- 14 " "
- 15 " "
- 16 " "
- 17 S. Patritii episcopi et confessoris, *semid.*
- 18 S. Gabrielis archangeli, *duplex majus.*
- 19 S. JOSEPH SPONSI B. Mariæ Virginis, *duplex 2 classis.*
- 20 " "
- 21 S. Benedicti abbatis, *duplex.*
- 22 " "
- 23 " "
- 24 " "
- 25 ANNUNTIATIO B. Mariæ V., *duplex 2 classis.*
- 26 " "
- 27 " "
- 28 " "
- 29 " "
- 30 " "
- 31 Feria 6 post Dom. 2 Quadrag., S. Sindonis, *dupl. maj.*
Feria 6 post Dom. 3 Quadrag. *Quinque Plagarum*, *duplex majus.*
Feria 6 post Dominicam 4 Quadrag., *Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.*, *dupl. majus.*
Feria 6 post Dominicam Passionis, *Septem Dolorum B. M. V.*, *duplex majus.*

APRILIS.

- 1 " "
- 2 S. Francisci de Paula confessoris, *duplex.*
- 3 " "
- 4 S. Isidori episcopi, confessoris et doctoris, *duplex.*
- 5 S. Vincentii Ferrerii confes., *duplex.*
- 6 " "
- 7 " "
- 8 " "
- 9 " "
- 10 " "
- 11 S. Leonis I papæ, confessoris et doctoris, *duplex.*
- 12 " "
- 13 S. Hermenegildi regis martyris, *semid.*
- 14 SS. Tiburtii et soc. martyrum.
- 15 " "
- 16 S. Paterni episc. et conf., *semid.*
- 17 S. Aniceti papæ et mart.
- 18 " "
- 19 " "
- 20 " "
- 21 S. Anselmi episcopi, confessoris et doctoris, *duplex.*
- 22 SS. Soteris et Cæli pontificum et martyrum, *semid.*
- 23 S. Georgii martyris, *semid.*
- 24 S. Fidelis a Sigmaringa martyris, *duplex.*

- 25 S. MARCI EVANGELISTÆ, *duplex 2 classis.*
 26 SS. Cleti et Marcellini pontificum et martyrum, *semid.*
 27
 28 S. Vitalis martyris.
 29 S. Petri martyris, *duplex.*
 30 S. Catharinæ Senensis virg., *duplex.*
 Dominica tertia post Pascha, PATROCINI S. JOSEPH
 SPONSI B. M. V., *duplex 2 classis.*

MAIUS.

- Dom. 1 intra mensem maii, TRANSLATIO RELIQUIARUM
 SS. CORENTINI ET PAULI DIOEC. Patr. *dupl. 2 clas.*
 1 SS. PHILIPPI ET JACOBI APOST., *duplex 2 classis.*
 2 S. Athanasii episcopi, confessoris et doctoris, *duplex.*
 3 INVENTIO S. CRUCIS D. N. J. C. *dupl. 2 clas. comm.*
 SS. Alexandri, Eventii, et Theoduli, mart. ac Juve-
 nalis episc. et conf. in *Missis privatis tantum.*
 4 S. Monicæ viduæ, *duplex.*
 5 S. Pii V papæ et conf., *duplex.*
 6 S. Joannis ante portam Latinam, *duplex majus.*
 7 S. Stanislai episcopi et mart., *dupl.*
 8 Apparitio S. Michaelis archangeli, *duplex majus.*
 9 S. Gregorii Nazianzeni episc., conf. et doctoris, *dupl.*
 10 S. Antonini episcopi et conf., *duplex, comm. SS.*
 Gordiani et soc. martyrum.
 11 S. Tadini abbatis.
 12 SS. Nerei et soc. martyrum, *semid.*
 13 S. Brioci episcopi et confessoris, *dupl.*
 14 S. Bonifacii martyris.
 15 S. Primaëlis confessoris.
 16 S. Ubaldi episcopi et confessoris, *semid.*
 17 S. Paschalis Baylon confessoris, *duplex.*
 18 S. Venantii martyris, *duplex.*
 19 S. Yvonis conf., *duplex, comm. S. Pudencianæ virg.*
 20 S. Bernardini Senensis confessoris, *semid.*
 21 S. Petri Cælestini papæ et conf., *dupl. (e 19 hujus m.).*
 22 S. Augustini Cantuariensis episcopi, *semid.*
 23 SS. Rogatiani et Donatiani mart., *semid.*
 24 Beata Mariæ Virginis Auxilium Christianorum,
duplex majus.
 25 S. Gregorii VII papæ et confessoris, *duplex, comm.*
 S. Urbani papæ et martyris.
 26 S. Philippi Neri confessoris, *duplex, comm. S. Eleu-*
 therii I papæ et martyris.
 27 S. Mariæ Magdalene de Pazzi virg., *semid., comm.*
 S. Joannis I papæ et mart.
 28 S. Joannis Nepomuceni mart., *dupl.*
 29
 30 S. Felicis papæ et martyris.
 31 S. Petronillæ virg.

JUNIUS.

- Dominica 3 post Pentecosten, FESTUM SACRATISSIMI COR-
 DIS JESU, *dupl. 2 clas.*
 1 S. Ronani episcopi et confessoris, *duplex.*
 2 SS. Marcellini, Petri et soc. mart.
 3 S. Clotildis Francorum Reg. viduæ, *semid.*
 4 S. Francisci Caracciolo confessoris, *dupl.*
 5
 6 S. Norberti episcopi et confessoris, *duplex.*
 7
 8
 9 SS. Primi et soc. martyrum.
 10 S. Margaritæ viduæ, Scotiæ reginæ, *semiduplex.*
 11 S. Barnabæ Gentium Apostoli, *duplex majus.*
 12 S. Joannis a s. Facundo confessoris, *dupl., comm. SS.*
 Basilidis et soc. martyrum.
 13 S. Antonii de Padua confessoris, *duplex.*
 14 S. Basilii magni episcopi, confessoris et doctoris, *dupl.*
 15 SS. Viti et soc. martyrum.
 16 S. Joannis Francisci Regis conf., *dupl.*
 17 S. Hervæi confessoris, *semid.*
 18 SS. Marci et Marcelliani martyrum.
 19 S. Julianæ de Falconeris virginis, *dupl., comm. SS.*
 Gervasii et soc. martyrum.
 20 S. Silverii papæ et mart.
 21 S. Aloysii Gonzagæ confessoris, *duplex.*
 22 S. Paulini episcopi et confessoris, *semid.*
 23 Vigilia.
 24 NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ, *duplex 1*
classis, cum Oct.
 25 S. Guilielmi abb., *duplex. comm. Oct. Nativitatis S.*
 Joannis.
 26 SS. Joannis et Pauli martyrum, *dupl. com. Octavæ.*
 27 SS. Irenæi episc. et doct., atque soc. ejus martyrum,
duplex, com. Oct.
 28 S. Leonis 2 papæ et Conf., *semid., com. Octavæ et*
 Vigiliæ.
 29 SS. PETRI ET PAULI APOST., *dupl. 1 clas. cum Oct.*
com. omnium SS. Apost.

- 30 Commemoratio S. Pauli apostoli, *dupl. comm. S. Pe-*
 tri apost., et Octavæ Nativitatis S. Joannis.

JULIUS.

- Dom. 1 post Kalend., FESTUM PRETIOSISSIMI SANGUINIS
 D. N. J. C., *duplex 2 classis.*
 1 Octava S. Joannis Baptistæ, *dupl. com. Oct. Apost.*
 2 VISITATIO B. M. V., *duplex. 2 clas. comm. SS. Pro-*
 cessi et Martiniani mart.
 3 De Octava Apostolorum, *semid.*
 4
 5
 6 Oct. SS. Petri et Pauli, *duplex.*
 7 S. Pulcheriæ Imperat. et virginis, *duplex.*
 8 S. Elisabeth Portugalliæ reginæ viduæ, *semidupl.*
 9 S. Golvini episc. et confessoris, *duplex.*
 10 SS. Septem fratrum, et SS. Rufinæ et Secundæ
 mart., *semidupl.*
 11 S. Turiavi episcopi, *semid. com. S. Pii I papæ et mart.*
 12 S. Joannis Gualberti abbatis, *duplex, com. SS. Na-*
 boris et Felicis mart.
 13 S. Anacleti papæ et mart., *semid.*
 14 S. Bonaventuræ episc., conf. et doct., *duplex.*
 15 S. Henrici imperatoris et conf., *semidupl.*
 16 Beata Mariæ Virg. de monte Carmelo, *duplex majus.*
 17 S. Alexii conf., *semidupl.*
 18 S. Camilli de Lellis conf., *dupl. comm. SS. Sympho-*
 rosæ et Filior. mart.
 19 S. Vincentii a Paulo conf., *dupl.*
 20 S. Hieronymi Emiliani c., *dupl., com. S. Margaritæ v. m.*
 21 S. Thenenani episc. et c., *dupl., com. S. Praxedis virg.*
 22 S. Mariæ Magdalene, *dupl.*
 23 S. Appollinaris ep. et m., *dupl. com. S. Liborii ep. et c.*
 24 Vigilia, *comm. S. Christinæ virg. et mart.*
 25 S. JACOBI APOST., *dupl. 2 clas. comm. S. Christophori*
 martyris, in *Mis. priv.*
 26 S. Annæ, genitricis beata Mariæ Virginis, *dupl. maj.*
 27 S. Samsonis episc. et c., *semid. com. S. Pantaleonis m.*
 28 SS. Nazarii, et soc. m., ac Innocentii papæ et c., *semid.*
 29 S. Marthæ virginis, *semid. com. S. Felicis et soc. m.*
 30 S. Guillelmi episc. Briocens. conf., *duplex, comm.*
 SS. Abdon et soc. martyrum.
 31 S. Ignatii Loyolæ confessoris, *dupl.*

AUGUSTUS.

- 1 S. Petri apostoli ad vincula, *duplex majus, comm.*
 SS. Machabeorum martyrum.
 2 S. Alphonsi Mariæ de Ligorio episc. et conf., *dupl.*
comm. S. Stephani I papæ et mart.
 3 Inventio Corporis sancti Stephani protomart., *semid.*
 4 S. Dominici confessoris, *dupl.*
 5 Dedicatio Basilicæ sanctæ Mariæ ad nives, *dupl. m.*
 6 Transfiguratio D. N. J. C., *duplex majus, comm. SS.*
 Xisti et soc. martyrum.
 7 S. Cajetani conf., *dupl., com. S. Donati episc. et mart.*
 8 SS. Cyriaci et soc. martyrum, *semidupl.*
 9 S. Germani ep. et c., *semid., com. Vig. et S. Romani m.*
 10 S. LAURENTII MARTYRIS, *dupl. 2 classis cum Oct.*
 11 De Oct., *semid., comm. SS. Tiburtii et Suzannæ mart.*
 12 S. Claræ virginis, *dupl., comm. Oct.*
 13 De Oct. *semid., comm. SS. Hippolyti et soc. mart.*
 14 De Oct. *semid., comm. Vigiliæ, et S. Eusebii confess.*
 15 ASSUMPTIO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS, *dupl. 1 cl.*
 Dom. infra Oct. S. Joachim conf. patris ejusdem
 B. M. V., *duplex majus, com. Dom. et Oct.*
 16 S. Rochi confessoris, *duplex, com. Octavar.*
 17 Octava S. Laurentii mart., *dupl. com. Oct. Assumpt.*
 18 S. Hyacinthi conf., *dupl. (e 16 hujus m.), com. Oct.*
 et S. Agapiti mart.
 19 De Octava, *semid.*
 20 S. Bernardi abbatis et doctoris, *dupl., com. Oct.*
 21 S. Joannæ de Chantal viduæ, *dupl., com. Oct.*
 22 Octava Assumpt. *dupl., com. SS. Timothei et soc. m.*
 23 S. Philippi Beniti confessoris, *dupl., com. Vig.*
 24 S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI, *dupl. 2 classis.*
 25 S. Ludovici Regis Franciæ, *duplex.*
 26 S. Zephyrini papæ et martyris.
 27 S. Josephi Calasancii confessoris, *dupl.*
 28 S. Augustini ep., c. et doct., *dupl. com. S. Hermetis m.*
 29 Decollatio S. Joannis Bapt., *dupl. m., com. S. Sabinæ m.*
 30 S. Rosæ Limanæ v., *dupl., com. SS. Felicis et Adaucti, m.*
 31 S. Raymundi Nonnati confes., *dupl.*

SEPTEMBER.

- 1 S. Ægidii abbatis, *comm. SS. 12 Fratrum mart.*
 2 S. Stephani regis Hungariæ confessoris, *semid.*
 3 S. Fiacrii confessoris, *semid.*
 4

- 5 S. Laurentii Justiniani episcopi et confessoris, *semid.*
6
7
8 NATIVITAS B. M. V., *duplex 2 classis cum Oct., comm.*
S. Adriani mart. in Missis priv. tantum.
Dom. infra Oct. Nativ. B. M. V., celebr. *Festum SS.*
Nominis ejusdem B. M. V., duplex majus.
9 De Oct. Nativ. B. M. V., *semid., com.* S. Gorgonii m.
10 S. Nicolai de Tolentino confessoris, *dupl., com.* Oct.
11 De Oct. Nativ. *semid., comm.* SS. Proti et soc. mart.
12 De Oct., *semid.*
13 *id.*
14 *Exaltatio SS. Crucis D. N. J. C.*, dup. maj. *com.* Oct.
15 Oct. Nativ. B. M. V., *dupl., com.* S. Nicomedis mart.
16 SS. Cornelli papæ et Cypriani episc. mart., *semid.,*
comm. SS. Euphemie et soc. mart.
17 Impressio sacrorum Stigmatum in corpore S. Fran-
cisci, *duplex.*
18 S. Josephi a Cupertino confessoris, *duplex.*
19 SS. Januarii episcopi et soc. martyrum, *duplex.*
20 SS. Eustachii et soc. martyrum, *duplex, comm.* Vigil.
21 S. MATTHÆI APOST. ET EVANG., *duplex 2 clas.*
22 S. Thomæ a Villanova episc. et conf., *dupl., comm.*
SS. Mauriti et soc. mart.
23 S. Lini papæ et mart., *semid., com.* S. Theclæ v. et m.
24 *Beata Mariæ Virginis de Mercede*, duplex majus.
25
26 SS. Cypriani et Justinæ martyrum.
27 SS. Cosmæ et Damiani martyrum, *semidupl.*
28 S. Wenceslai martyris, *semid.*
29 DEDICATIO S. MICHAELIS ARCH., *dupl. 2 clas.*
30 S. Hieronymi presbyteri, confessoris et doctoris, *dupl.*
Dominica 3 vel 4 Septembris, celebratur *Festum*
septem Dolorum B. M. V., duplex majus.

OCTOBER.

- Dominica 1: Solemnitas SS. Rosarii B. M. V., dupl. maj.
1 S. Remigii episcopi et confessoris, *duplex.*
2 SS. Angelorum Custodum, *duplex.*
3 S. Melorii martyris, *semid.*
4 S. Francisci Assisien. confessoris, *duplex.*
5 S. Mauriti abb., *semid., com.* SS. Placidi et soc. mart.
6 S. Brunonis confessoris, *duplex.*
7 S. Marci papæ et conf., *com.* SS. Sergii et soc. mart.
8 S. Birgittæ viduæ, *duplex.*
9 SS. Dionysii et soc. martyrum, *duplex.*
10 S. Francisci Borgia confessoris, *semid.*
11
12
13 S. Eduardi regis confessoris, *semid.*
14 S. Callixti papæ et mart., *dupl.*
15 S. Teresiæ virginis, *duplex.*
16 S. Conogani episc. et confessoris, *duplex.*
17 S. Hedwigis viduæ, *semid.*
18 S. LUCÆ EVANGELISTÆ, *dupl. 2 classis.*
19 S. Petri de Alcantara confessoris, *duplex.*
20 S. Joannis Cantii conf., *duplex.*
21 SS. Ursulæ et soc. virg. et mart., *dupl., com.* S. Hila-
rionis abbatis.
22
23 S. Maglorii episcopi et confessoris, *semid.*
24 S. Raphaelis archangeli, duplex majus.
25 S. Guesnovei episc. et confessoris, *semid. comm.* SS.
Chrysanthi et Dariæ martyrum.
26 S. Alori Corisop. episc., *duplex, com.* S. Alani Cor.
episcopi, et S. Evaristi I papæ et martyris.
27 Vigilia.
28 SS. SIMONIS ET JUDÆ APOSTOLORUM, *duplex 2 classis.*
29
30
31 Vigilia.

NOVEMBER.

Dominica infra Oct. Omnium SS. *Veneratio Reliquia-*
rum, duplex majus.

- Dom. post Oct. ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS
OMN. ECCLES. IN GALLIA, *dupl. 1 classis cum Oct.*
Dom. 4 Nov. *Festum Patrocinii B. M. V.*, dupl. maj.
1 FESTUM OMNIUM SANCTORUM, *duplex 1 clas.*
2 *Comm.* Omnium Fidelium Defunct., *dupl.*, et de Oct.
3 S. Guenæli abbatis, *semid., com.* Oct.
4 S. Caroli Borromæi episc. et conf., *dupl., comm.* Oct.
et SS. Vitalis et Agricolæ, mart.
5 De Octava, *semid.*
6 S. Hiltuti abbatis, *semid., com.* Oct.
7 De Octava *semid., com.* S. Tremori mart.
8 Octava Om. SS. *dupl., com.* SS. 4 m. Coronatorum.
9 Ded. Basilicæ SS. Salvatoris, *dupl., com.* S. Theodori m.
10 S. Andreæ Avellini confessoris, *duplex, comm.* SS.
Tryphonis et soc., mart.
11 S. Martini episc. et confes., *dupl., com.* S. Mennæ m.
12 S. Martini papæ et martyris, *semid.*
13 S. Stanislai Kostkæ confessoris, *duplex.*
14 S. Didaci confessoris, *semid.* (e 15 hujus mensis).
15 S. Gertrudis virginis, *duplex.*
16 S. Melanii Rhed. episcopi, *semid.*
17 S. Gregorii Thaumaturgi episcopi et conf., *semid.*
18 Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli apost., *dupl.*
19 S. Elisabeth reginæ et viduæ, *duplex, comm.* S.
Pontiani papæ et martyris.
20 S. Felicis de Valois confessoris, *duplex.*
21 *Præsentatio Beata Mariæ Virginis*, duplex majus.
22 S. Cæcilie virginis et martyris, *duplex.*
23 S. Clementis papæ et m., *dupl., com.* S. Felicitatis m.
24 S. Joannis a Cruce conf., *dupl., com.* S. Chrysogoni m.
25 S. Catharinæ virginis et martyris, *duplex.*
26 S. Petri Alexandrini episc. et mart.
27
28
29 S. Hoardonis episcopi et confessoris, *dupl., comm.*
Vigiliæ et S. Saturnini martyris.
30 S. ANDRÆ APOSTOLI, *duplex 2 classis.*

DECEMBER.

- 1 S. Tugdualdi episc. et confessoris, duplex majus.
2 S. Bibianæ virginis et martyris, *semid.*
3 S. Francisci Xaverii confessoris, *duplex.*
4 S. Petri Chrysologi episcopi, conf. et doct., *dupl.,*
comm. S. Barbaræ virginis et martyris.
5 *Comm.* S. Sabbæ abbatis.
6 S. Nicolai episcopi et confessoris, *duplex.*
7 S. Ambrosii episcopi, confessoris et doctoris, *duplex.*
8 CONCEPTIO B. M. V., *duplex 2 classis, cum Oct.*
9 De Octava, *semid.*
10 De Octava, *semid., comm.* S. Melchiadis papæ et mart.
11 S. Damasi papæ et confessoris, *semid., com.* Oct.
12 S. CORENTINI EPISC. ET CONF., DIOEC. PATRO-
NI PRINCIPALIS, *duplex 1 classis, cum Oct.*
13 S. Lucie virginis et martyris, *duplex, com.* Octavar.
14 De Octava S. Corentini, *semid. com.* Oct. Concept.
15 Octava Conceptionis B. M. V., *dupl., com.* Oct. S. Cor.
16 S. Eusebii episc. Vercellensis et m., *semid. com.* Oct.
17 S. Judicæ conf., *duplex ad libitum, com.* Oct.
18 *Expectatio Partus B. M. V.*, duplex majus.
19
20 Vigilia.
21 S. THOMÆ APOSTOLI, *duplex 2 classis.*
22
23
24 Vigilia.
25 NATIVITAS D. N. J. C., *duplex 1 classis cum Oct.*
26 S. STEPHANI PROTOMARTYRIS, *duplex 2 classis cum*
Oct., comm. omnium sanctorum Martyrum et
Octavæ Nativitatis Domini.
27 S. JOANNIS AP. ET EV., *dupl. 2 cl. cum Oct., com.* Octavar.
28 SS. INNOCENTII M., *dupl. 2 cl. cum Oct., com.* Octavar.
29 S. Thomæ Cantuarien. ep. et m., *semid., com.* Octavar.
30 De Dom. infra Oct. Nativit. vel de Oct. *semid., comm.*
aliarum Octavar.
31 S. Sylvestri I papæ et conf., *duplex, comm.* Octavar.

SUPPLEMENTUM

PRO QUIBUSDAM LOCIS.

DIE 4 DECEMBRIS.

S. BARBARÆ, VIRG. ET MART.

Missa Loquebar, fol. 20.*

DIE 8 DECEMBRIS.

IN FESTO

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

B. M. V.

Introitus. Ps. 65.

Veníte, et vidéte, et narrábo vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ. *Psal. (102.)* Bénedic ánima mea Dómino, et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Deus, qui per immaculatam Vírginis Conceptionem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti : ejus nobis intercessióne concéde; ut cor et corpus nostrum immaculátum Tibi, qui Eam ab omni labe præservásti, fidéliter custodiámus. Per eúmdem Dñm.

Léctio libri Sapiéntiæ. Prov. 8.

Dóminus possédit me in inítio viárum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípío. Ab ætérno ordináta sum, et ex antiquis, ántequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concépta eram : necdum fontes aquárum erúperant : necdum montes gravi mole constíterant : ante colles ego parturiébar : adhuc terram non fécerat, et flúmina, et cárdines orbis terræ. Quando præparábat coelos, áderam : quando certa lege, et gyro vallábat abyssos : quando æthera firmábat sur-

sum, et librábat fontes aquárum : quando circúmdabat mari términum suum, et legem ponébat aquis ne transírent fines suos : quando appendébat fundaménta terræ. Cum eo eram cuncta compónens : et delectábar per singulos dies, ludens coram eo omni témpore, ludens in orbe terrárum : et delíciæ meæ esse cum fíliis hóminum. Nunc ergo, filii, audíte me : Beáti qui custódiunt vias meas. Audíte disciplínam, et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere eam. Beátus homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotidie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

Graduale. Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit columbas septem. *ÿ. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus : Deus in médio ejus, non commovébitur.*

Allelúia, allelúia. ÿ. Ave María, grátia plena : Dóminus tecum. Allelúia.

Post Septuagesimam, omissis Alleluia et Versu sequenti, dicitur

Tractus. Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. *ÿ. Misericórdia ejus a progénie in progénie timéntibus eum. ÿ. Fecit poténtiam in bráchio suo, dispérsit superbos mente cordis sui.*

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :

Allelúia, allelúia. ÿ. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus : Deus in médio ejus, non commovébitur. ÿ. Fundaménta ejus in móntibus sanctis.

Díligit Dóminus portas Sion super ó-mnia tabernácula Jacob. Allelúia.

† Inítium sancti Evangélíi secúndum Matthæum. 1.

Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Amínadab. Amínadab autem genuit Naásson. Naásson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomónem ex ea quæ fuit Uriæ. Sálomon autem genuit Róboam. Róboam autem genuit Abíam. Abías autem genuit Asa. Asa autem genuit Jósaphat. Jósaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Ozíam. Ozías autem genuit Jóatham. Jóatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechíam. Ezechías autem genuit Manássen. Manáesses autem genuit Amon. Amon autem genuit Josíam. Josías autem genuit Jechoníam, et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratió-nem Babylónis, Jechonías genuit Saláthiel. Saláthiel autem genuit Zoróbabel. Zoróbabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleázar. Eleázar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesús, qui vocátur Christus.

Credo, et dicitur per totam Octavam etiam in Festis intra eam occurrentibus.

Offertorium. Misit Deus misericór-

diam suam, et veritátem suam : ánimam meam erípuit de médio catulórum leónum.

Secreta.

Fac nos, clementíssime Deus, puris méntibus præsens tibi munus offerre : qui in corde beátæ Mariæ Vir-ginis puram ab omni labe mansiónem præparásti Jesu Christo Fílio tuo, Dómino nostro, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti.

Præfatio. Et te in Conceptione immaculata, et sic dicitur per totam Oct. et in Missis votivis.

Communio. (Cant. 6.) Ego dilécto meo, et diléctus meus mihi, qui páscitur inter lília. Allelúia.

Postcommunio.

Mensæ cœlestis pasti delíciis, tuam, Deus, misericórdiam implorámus : ut sanctíssimæ Virginis Mariæ, quæ semper tibi plácuít, précibus adjúti, nullis a te tentatió-nibus separémur. Per Dóminum.

DIE 10 DECEMBRIS.

IN FESTO

TRANSLATIONIS ALMÆ DOMUS B. MARLÆ VIRGINIS.

Introitus. Gen. 28.

Terribilis est locus iste! hic domus Dei est, et porta cœli : et vocábitur aula Dei. *Psal.* (83.) Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! concupíscit, et déficit á-nima mea in átria Dómini. γ. Glória.

Oratio.

Deus, qui beátæ Mariæ Vir-ginis Domum per incarnáti Verbi mystéri-um misericórditer consecrásti, eámque in sinu Ecclesiæ tuæ mirábiliter collo-cásti : concéde; ut segregáti a tabernáculis peccatórum, digni efficiámur habitatóres Domus sanctæ tuæ. Per eúmdem Dóminum.

Oratio.

In ómnibus réquiem quæsiui, et in hæreditate Dómini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creátor ómnium : et qui creávit me, requiëvit in tabernáculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhábita, et in Israel hæreditare, et in eléctis meis mitte radices. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitate sanctificáta simíliter requiëvi, et in Jerúsalem potestas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Quasi cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantátio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciósa in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómmum, et bálsamum aromatízans odórem dedi : quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris.

Graduale. (Ps. 26.) Unam p̄t̄ii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ. ⁊. Ut vídeam voluptátem Dómini, et vísitem templum ejus.

Allelúia, allelúia. y. (Ps. 83.) Beáti
qui hábitant in domo tua, Dómine :
in sécula seculórum laudábunt te. Allel.
† Sequéntia sancti Evangélíi secún-
dum Lucam. 1. 26.

In illo tempore : Missus est Angelus
Gábríel a Deo in civitatem Galilææ,
cui nomen Názareth, ad virginem de-
sponsatam viro, cui nomen erat Joseph,
de domo David, et nomen virginis,

María. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave grátia pléna : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei : Ne tíneas, María, invenísti enim grátiam apud Deum : Ecce concípies in útero, et páries filium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósko ? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit filium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis : quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum. Credo.

Offertorium. (Ps. 5.) Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Secreta.

Accipe, quæsumus Dómine, múnera
in hac sacra domo dignánter oblá-
ta : et beátæ Mariæ Vírginis suffragán-
tibus méritis, ad nostræ salútis auxili-
um proveníre concéde. Per Dóminum.

Pro S. Melchiade.

Secreta.

Hóstias tibi, Dómine, beáti Melchí-
Hadis Mártiris tui atque Pontíficis
dicátas méritis, benígnus assúme : et
ad perpétuum nobis tríbue proveníre
subsídium. Per Dóminum.

Præfatio de beata Maria. Et te in Fe-
stivitate.

Communio. (Prov. 8.) Beátus, qui

audit me, et qui vígilat ad fores meas quotidie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

Postcommunio.

Quæsumus, Dómine Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munimine contulísti, intercedente beáta María semper Vírgine, et præsens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum.

Pro S. Melchiade. Postcommunio.

Refécti participatióne múnieris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: ut cujus exéquimur cultum, intercedente beáto Melchiáde Mártire tuo atque Pontífice, sentiámus effectum. Per Dñm.

DIE 18 DECEMBRIS.

IN FESTO

**EXPECTATIONIS PARTUS BEATÆ
MARLÆ VIRGINIS.**

Introitus. Isaïæ 45.

Rorate cœli désuper, et nubes pluant justum: aperiátur terra, et gérmínet salvatórem. *Psal. (18.)* Cœli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum. *ŷ. Glória.*

Oratio.

Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis Útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiόνibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Et fit commemoratio Feriæ.

Léctio Isaïæ Prophétæ. 7. 10.

In diébus illis: Locútus est Dóminus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a Dómino Deo tuo in profúndum inférni, sive in excélsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, et non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo, domus David: Numquid parum vobis est, mo-

léstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butyrum, et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et eligere bonum.

Graduale. (Ps. 23.) Tóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini portæ æternáles, et introíbit Rex glóriæ. *ŷ.* Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens mánibus, et mundo corde.

Allelúia, allelúia. ŷ. (Luc. 1.) Ecce concípiet, et páriet fílium Jesum Christum. *Allelúia.*

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam. 1. 26.

In illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen vírginis, María. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave grátia plena: Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne tímeas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic men-

sis sextus est illi, quæ vocatur stérilis : quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. Credo.

Offertorium. (Ibid.) Ave María, grátia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

Secreta.

In méntibus nostris, quæsumus Dómine, veræ fidei sacraménta confirmare : ut qui concéptum de Virgine Deum verum et hóminem confitémur ; per ejus salutíferæ resurrectionis poténtiam, ad ætérnam mereámur pervénire lætítiam. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de beata Maria. Et te in Expectatione.

Communio. (Isaïæ 7.) Ecce virgo concipiet, et páriet fílium : et vocábitur nomen ejus Emmánuel.

Postcommunio.

Grátiam tuam, quæsumus Dómine, méntibus nostris infúnde : ut qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui Incarnationem cognóvimus ; per passionem ejus et crucem, ad resurrectionis glóriam perducámur. Per eúmdem D.

¶ *Quando hoc festum occurrit Feria 4 Quatuor Temporum, in fine Missæ legitur Evangelium S. Joannis, In principio erat Verbum, etc.*

DIE 26.

In festo S. Stephani, Protomartyris.

COMMEN. OMN. SS. MARTYRUM.

Oratio.

Deus, qui glorificáris in concílio sanctórum Mártyrum tuórum : respice ad preces humilitátis nostræ ; ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur.

Deinde commemoratio Nativitatis D. N. J. C., Concede, fol. 15.

Secreta.

Adésto, Dómine, supplicatióibus nostris, quas in Sanctórum tuórum commemoratióne deférimus : ut, qui nostræ justítiæ fidúciám non habémus, eórum, qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur.

- De Nativitate. Secreta Oblata, fol. 16.

Postcommunio.

Quæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis : ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratióibus adjuvémur.

De Nativitate. Postc. Præsta, fol. 16.

DIE 23 JANUARI.

IN FESTO

DESPONSATIONIS B. MARIE V.

Introitus. Sedulius.

Salve sancta parens, eníxa puérpera Regem : qui cœlum, terram-
queregit insécula seculórum. *Psal.* (44.) Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. 7. Glória.

Oratio.

Fámulis tuis, quæsumus Dómine, cœlestis grátiae munus impertire : ut, quibus beátæ Virginitis partus éxstit salútis exórdium, Desponsatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat incrementum. Per Dóminum.

Pro commemoratione S. Joseph, ubi est concessa. Oratio.

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur : ut quod possibilitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessiόne donetur. Qui vivis et regnas.

Pro S. Emerentiana, Virgine et Martyre.

Oratio.

Indulgéntiam nobis, quæsumus Dómine, beáta Emerentiána Virgo et Martyr implóret : quæ tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, et tuæ professiόne virtútis. Per Dóminum.

Lectio libri Sapiéntiæ. *Prov. 8. 22.*

Dóminus possédit me in iníitio viá-
rum suárum, ántequam quidquam
fáceret a princípío. Ab ætérno ordiná-
ta sum, et ex antíquis, ántequam ter-
ra fieret. Nondum erant abyssi, et ego
jam concépta eram, necdum fontes a-
quárum erúperant, necdum montes
gravi mole constíterant : ante colles
ego parturiébar : adhuc terram non fé-
cerat, et flúmina, et cárdines orbis ter-
ræ. Quando præparábat cœlos, áderam :
quando certa lege, et gyro vallábat a-
byssos : quando æthera firmábat sur-
sum, et librábat fontes aquárum : quan-
do circúmdabat mari términum suum,
et legem ponébat aquis, ne transírent
fines suos : quando appendébat fun-
daménta terræ : cum eo eram cuncta
compónens, et delectábar per síngulos
dies, ludens coram eo omni témpore :
udens in orbe terrárum : et delíciæ
meæ esse cum filiis hóminum. Nunc
ergo, filii, audíte me : beáti qui custó-
diunt vias meas. Audíte disciplínam,
et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere
eam. Beátus homo, qui audit me, et
qui vígilat ad fores meas quotidie, et
obsérvat ad postes óstii mei. Qui me
invénerit, invéniet vitam, et háuriet
salútem a Dómino.

Graduale. Benedícta et venerábilis es,
Virgo María, quæ sine tactu pudóris in-
vénita es Mater Salvatóris. *ÿ.* Virgo Dei
Génitrix, quem totus non capit orbis,
in tua se clausit viscera factus homo.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* Felix es, sacra
Virgo María, et omni laude digníssi-
ma : quia ex te ortus est sol justítiæ,
Christus Deus noster. Allelúia.

*Post Septuagesimam, omissis Allelu-
ia et Versu sequenti, dicitur*

Tractus. Gaude María Virgo, cun-
ctas hæreses sola interemísti. *ÿ.* Quæ
Gabriélis Archángeli dictis credidísti.
ÿ. Dum Virgo Deum et hóminem ge-

nuísti, et post partum Virgo invioláta
permansísti. *ÿ.* Dei Génitrix, intercède
pro nobis.

† Sequéntia sancti Evangélii secún-
Matthæum. 1. 18.

Cum esset desponsáta Mater Jesu Ma-
ría Joseph, ántequam convenírent,
invénita est in útero habens de Spíritu
sancto. Joseph autem vir ejus, cum
esset justus, et nollet eam tradúcere,
vóluit occúlte dimíttre eam. Hæc au-
tem eo cogitánte, ecce Angelus Dómi-
ni appáruit in somnis ei, dicens : Jo-
seph fili David, noli timére accípere
Mariám cónjugem tuam : quod enim
in ea natum est, de Spíritu sancto est.
Páriet autem filium, et vocábis nomen
ejus Jesum. Ipse enim salvum fáciat
pópulum suum a peccátis eórum.

Credo.

Offertorium. Beáta es, Virgo María,
quæ ómnium portásti Creatórem : ge-
nuísti qui te fecit, et in ætérnum pér-
manes Virgo.

Secreta.

Unigéniti tui, Dómine, nobis succúr-
rat humánitas : ut qui natus de Vír-
gine, Matris integritátem non mínuit,
sed sacrávit ; in Desponsatiónis ejus so-
lémniis, nostris nos piáculis éxuens,
oblaciónem nostram tibi fáciat accé-
ptam Jesus Christus Dóminus noster.
Qui tecum vivit.

Pro S. Joseph. Secreta.

Débitum tibi, Dómine, nostræ réddi-
mus servitútis, suppliciter exorán-
tes : ut suffrágiis beáti Joseph sponsi
Génitricis Filii tui Jesu Christi Dómini
nostri, in nobis tua múnera tueáris ; ob
cujus venerándam commemoratióem,
laudis tibi hóstias immolámus. Per
eúmdem Dóminum.

Pro S. Emerentiana, Virgine et Martyre.

Secreta.

Hóstias tibi, Dómine, beátæ Eme-
rentiánæ Vírginis et Mátyris tuæ

dicátas méritis, benignus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidium. Per Dóminum.

Præfatio de beata Maria. Et te in Desponsatione.

Communio. Beáta víscera Mariæ Virgínis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

Postcommunio.

Súmpsimus, Dómine, celebritátis ánnuæ votíva sacraménta : præsta, quæsumus; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et ætérnæ. Per D.

Pro S. Joseph. Postcommunio.

Adéstó nobis, quæsumus miséricors Deus : et intercedénte pro nobis beáto Joseph Confessóre, tua circa nos propitiátus dona custódi. Per Dñm.

Pro S. Emerentiana, Virgine et Martyre.

Postcommunio.

Divíni múnneris largitáte satiáti, quæsumus, Dómine Deus noster : ut intercedénte beáta Emerentiána Virgine et Mártire tua, in ejus semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

DIE 4 FEBRUARII.

S. JOANNÆ VALESIAE.

Missa Cognovi, fol. 26.*

Oratio.

Deus, qui ad imitándum beátæ Virgínis Fílii tui Genitrícis virtútes, novum per beátam Joánnam sacrárum Virgínium cœtum instítui voluísti : ejus méritis precibúque concéde; ut per éadem gradiámur virtútum exéempla. Per eúmdem Dóminum.

DIE 6.

S. HYACINTHÆ MARISCOTTI VIRG.

Missa Dilexisti, fol. 22.*

Oratio.

Deus, qui beátam Hyacíntham Virginem tuam jugis mortificatiónis, et charitátis víctimam effecísti : ejus

nobis exémplo et intercessióne concéde; ut peccáta nostra deffére, et te semper diligere valeámus. Per Dñm.

DIE 26.

S. MARGARITÆ DE CORTONA.

Introitus.

Ps. 76.

Numquid obliviscétur miseréri Deus, aut continébit in ira sua miséricórdias suas? Et dixi : Nunc cœpi : hæc mutatió dexteræ Excélsi. *Psal. (76.)* Voce mea ad Dóminum clamávi : voce mea ad Deum, et inténdit mihi. γ. Glória.

Oratio.

Deus, qui fámulam tuam Margarítam de perditionis via ad salutis trámitem miséricórditer deduxísti : eádem nobis miseratióne concéde; ut quam prius errántem sectári non erubúimus, mox poeniténtem ímpigre sequi gloriémur. Per Dóminum.

Lectio libri Sapientiae. Cant. 3. 2. 8.

Surgam, et circuibo civitátem : per vicos et platéas quæram quem diligit ánima mea : quæsívi illum, et non invéni. Invenérunt me vígiles, qui custódiunt civitátem : num quem diligit ánima mea, vidístis? Páululum cum pertransíssem eos, invéni quem diligit ánima mea : ténui eum, nec dimíttam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubículum genitrícis meæ. Adjúro vos, filiae Jerúsalem, per cápreas, cervósque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis diléctam, donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum : quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus æmulátio : lámpades ejus lámpades ignis, atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt extínguere charitátem, nec flúmina óbruent illam : si déderit homo omnem substántiam

domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Graduale. (Eccli. 51.) Liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo. *ÿ.* Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nomini Domini.

Tractus. (Sap. 2.) Jam hiems transiit, imber abiit et recessit. *ÿ.* Flores apparuerunt in terra nostra : tempus putationis advenit : vox turturis audita est in terra nostra. *ÿ.* *(Jerem. 31.)* In charitate perpetua dilexi te : ideo attraxi te, miserans tui.

† Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. 15.

In illo tempore : Murmurabant Pharisæi et Scribæ, dicentes : quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens : Qui ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis : Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent poenitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et evêrrit domum, et quærit diligenter donec inveniat? Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas, dicens : Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.

Offertorium. (Rom. 5.) Ubi abundavit delictum, superabundavit grátia : et

sicut regnavit peccatum in mortem, ita et grátia regnet per justitiam in vitam æternam.

Secreta.

Placationis hostia, quam tibi offerimus, Domine, beatæ Margaritæ interveniente suffragio, optatæ nobis indulgentiæ plenitudinem elargiatur. Per Dominum.

Communio. (Luc. 15.) Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.

Postcommunio.

Uberes, Domine, sanctæ tuæ Margaritæ lacrymæ duritiem nostri cordis emolliant : ut per hujus virtutem sacramenti, debitas reatibus flammæ incessanti fletu extinguamus. Per Dñm.

De Eadem, ALIA MISSA.

Missæ Cognovi, fol. 26, cum Orationibus et Epistola præcedentis Missæ.*

FERIA 3

POST DOMINICAM SEPTUAGESIMÆ.

MISSA ORATIONIS D. N. J. C.

Introitus. Ps. 54.

Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me. *Psal. (68.)* Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. *ÿ.* Glória.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui in horto verbo, et exemplo nos orare docuisti ad tentationum pericula superanda : concede propitius; ut nos orationi semper intenti, ejus copiosum fructum consequi mereamur. Qui vivis, etc. Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. 5. 5.

Christus non semetipsum clarificavit, Cut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego

hódie génui te. Quemádmódum et in álio loco dicit : Tu es Sacerdos in ætérnum secúndum órđinem Melchíse-dech. Qui in diébus carnis suæ preces, supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum fácere a morte, cum clamóre válido et lácrymis ófferens, exau-dítus est pro sua reveréntia. Et quidem cum esset Fílius Dei, dídicit ex iis, quæ passus est, obediéntiam : et con-summátus, factus est ómnibus obtem-perántibus sibi causa salutis æternæ, appellátus a Deo Póntifex juxta órđinem Melchisedech.

Graduale. (Ps. 83.) Repléta est ma-lis ánima mea, et vita mea inférno ap-propinquávit. *ÿ.* Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum : factus sum sicut homo sine adjutório.

Tractus. (Ps. 68.) Exáudi me, Dó-mine, quóniam benígna est misericór-dia tua. *ÿ.* Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo : quóniam tríbulator, veló-citer exáudi me. *ÿ.* (Ps. 21.) Ne dis-césseris a me : quóniam tribulátio pró-xima est : quóniam non est qui ádjuvet. † Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Lucam. 22. 39.

In illo témpore : Egréssus Jesus ibat, secúndum consuetúdinem, in mon-tem Olivárum. Secúti sunt autem illum et discípuli. Et cum pervenisset ad lo-cum, dixit illis : Oráte, ne intrétis in tentatióem. Et ipse avúlsus est ab eis, quantum jactus est lápidis, et pósis génibus orábat, dicens : Pater, si vis, transfer cálicem istum a me : verúm-tamen non mea volúntas, sed tua fiat. Appáruit autem illi Angelus de cœlo, confórtans eum. Et factus in agonía, prolíxius orábat. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sánguinis decurren-tis in terram. Credo.

Offertorium. (Ps. 68.) Salvum me fac, Deus : quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Secreta.

Hujus sancti sacrificii méritis, fac nos, quæsumus Dómine, divína in-stitutióne formátos curam Oratiónis tam effícaciter impéndere : ut Dómi-nus noster Jesus Christus Fílius tuus in éxitu nostro vígiles, et a culpa so-lútos invéniat. Qui tecum vivit et regnat in unitáte, etc.

Præfatio de Cruce.

Communio. (Matth. 26.) Vigilate, et oráte, ut non intrétis in tentatióem. Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Postcommunio.

Refécti alimónia cœlésti, súpplīces te Rógāmus, Pater omnípotens, ut per Unigéniti Filii tui Oratiónis virtútem, nos in tantis cōrporis et ánimæ perícū-lis constitúti, ad cœléstia regna secúre perveníre mereámur. Per eúmdem.

FERIA 3

POST DOMINICAM SEXAGESIMÆ.

IN COMMEMORATIONE

SS. PASSIONIS D. N. J. C.

Missa Humiliavit, votiva de Passione, fol. 37, præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui hu-máno géneri, ad imitándum humi-litátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et Crucem subíre fe-císti : concéde propítius ; ut sicut so-lémnem commemoratióem Passiōnis ejus celebrámus ; ita et patiéntiæ ipsius habére documénta, et resurrectiōnis consórtia mereámur. Per eúmdem.

Et dicitur Credo, ac Præfatio de Cruce.

FERIA 6 POST CINERES.

IN FESTO

SS. SPINEÆ CORONÆ D. N. J. C.

*Introitus.**Cant. 3.*

Egredimini, et videte filiae Sion, regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum mater sua, parans Crucem Salvatóri suo. *Psal. (8.)* Glória et honóre coronásti eum, Dómine : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Præsta, quæsumus omnípotens Deus : ut qui in memóriam Passiónis Dómini nostri Jesu Christi, Coronam ejus spineam venerámur in terris; ab ipso glória et honóre coronári mereámur in cœlis. Qui tecum vivit et regnat.

El fit commemoratio Feriæ, et legitur ejusdem Evangelium in fine.

Lectio libri Sapiéntiæ. *Cant. 3. 74.*

Léctulum Salomónis sexaginta fortes Lámbiunt ex fortíssimis Israel: omnes tenéntes gládios, et ad bella doctíssimi : uniuscujúsque ensis super femur suum propter timóres noctúrnos. Férculum fecit sibi rex Sálomon de lignis Líbani. Colúmnas ejus fecit argénteas, reclinatorium áureum, ascénsus purpúreum : média charitáte constrávit propter filias Jerúsalem. Egredimini, et videte filiae Sion, regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus. Quam pulchra es amíca mea, quam pulchra es ! Oculi tui columbárum, absque eo quod intrínsecus latet. Veni de Líbano, sponsa mea, veni de Líbano, coronáberis.

Graduale. (Eccli. 45.) Coróna áurea super caput ejus, expréssa signo sanctitátis, glória honóris, et opus fortitudinis. *ÿ. (Ps. 20.)* Quóniam præveni-

sti eum in benedictiónibus dulcédinis, posuísti in cápite ejus corónam de lapide pretióso.

Tractus. (Isaie 61.) Induit eum Dóminus vestiméntis salutis, et indumento justitiæ, quasi sponsum decorátum coróna. *ÿ. (Isaie 28.)* Coróna tribulatiónis efflóruit in corónam glóriæ, et sertum exultatiónis. *ÿ. (Sap. 5.)* Accépit regnum decóris, diadéma specièi.

In Missis votivis a Pascha usque ad Pentecosten.

Allelúia, allelúia. *ÿ. (Eccli. 45.)* Coróna áurea super caput ejus, expréssa signo sanctitátis, glória honóris, et opus fortitudinis. Allelúia. *ÿ. Tibi glória, hosánna : tibi triúmphus et victória : tibi summæ laudis, et honóris coróna. Allelúia.*

A Pentecoste usque ad Septuag.

Graduale. (Ibid.) Coróna áurea super caput ejus : expréssa signo sanctitátis, glória honóris, et opus fortitudinis. *ÿ. (Ps. 20.)* Quóniam præveniisti eum in benedictiónibus dulcédinis, posuísti in cápite ejus corónam de lapide pretióso.

Allelúia, allelúia. *ÿ. (Isaie 28.)* Coróna tribulatiónis efflóruit in corónam glóriæ, et sertum exultatiónis. Allelúia. † Sequéntia sancti Evangelíi secundum Joánnem. 19.

In illo témpore : Apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuerunt cápiti ejus, et veste purpúrea circumdederunt eum. Et veniébant ad eum, et dicébant : Ave Rex Judæórum : et dabant ei álapas. Exívit ergo iterum Pilátus foras, et dicit eis : Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscátis, quia nullam invénio in eo causam. Exívit ergo Jesus portans corónam spineam, et purpúreum vestiméntum.

Credo.

Offertorium. Tuam Corónam adorá-

mus, Dómine : tuam gloriósam recólimus passióem.

Secreta.

Tuórnū mīlitum, Rex omnípotens, virtútem róborā : ut quos in hujus mortalitátis stádio unigéniti Fílii tui Corónā lætíficat; consummáto cursu certáminis, immortalitátis bráviū apprehéndant. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de Cruce.

Communio. (Prov. 4.) Lætáre, Mater nostra, quia dabit Dóminus cápiti tuo augménta gratiárum, et corónā ínclýta próteget te.

Postcommunio.

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus : ut hæc sacraménta quæ sumpsimus, per sacrosáncetæ Fílii tui Corónæ, cujus solémnia recensémus, virtútem, nobis proficiant ad medélam. Per eúmdem Dóminum.

FERIA 6

POST DOMINICAM I QUADRAGESIMÆ.

IN FESTO

LANCEÆ ET CLAVORUM D. N. J. C.

Introitus. Ps. 21.

Foderunt manus meas, et pedes meos : dinumeraverunt ómnia ossa mea : et sicut aqua effúsus sum. *Psal.* Factum est cor meum tanquam cera liquéscens in médio ventris mei. *ÿ.* Glória.

Oratio.

Deus, qui in assúptæ carnis infirmitáte Clavis affigi, et Láncea vulnerári pro mundi salúte voluisti : concéde propítius; ut qui eorúmdem Clavorum, et Lánceæ solémnia venerámur in terris, de glorióso victóriæ tuæ triúmpho gratulémur in cœlis. Qui vivis.

Léctio Zachariæ Prophætæ. 12.

Hæc dicit Dóminus : Effúndam super domum David, et super habitatóres Jerúsalem spíritum grátiae, et

precum : et aspicient ad me, quem confixerunt : et plangent eum planctu quasi super unigénitum, et dolébunt super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. In die illa magnus erit planctus in Jerúsalem, et dicétur ei : Quid sum plagæ istæ in médio mánuum tuárum? Et dicet : His plagátus sum in domo eórum, qui diligébant me. Frámea suscitáre super pastórem meum, et super virum colhæréntem mihi, dicit Dóminus exercítuum : percutite pastórem, et dispergéntur oves : ait Dóminus omnípotens.

Graduale. (Ps. 68.) Improperium expectávit cor meum, et misériam : et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit : consolántem me quæsívi, et non invéni. *ÿ.* Dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

Tractus. (Isaie 53.) Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. *ÿ.* Et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum. *ÿ.* Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. *ÿ.* Disciplina pacis nostræ super eum, et livóre ejus sanáti sumus.

In Missis votivis a Pascha usque ad Pentecosten.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* Ave rex noster : tu solus nostros es miserátus erróres : Patri obédiens, ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisió-nem. Allelúia. *ÿ.* Tibi glória, hosánna : tibi triúmphus et victória : tibi summæ laudis et honóris coróna. Allelúia.

¶ *Per Annum usque ad Septuagesimam, omisso Tractu cum sequentibus versibus, dicitur Graduale Improperium cum suo versu, ut supra, et postea dicitur :*

Allelúia, allelúia. *ÿ.* Ave Rex noster : tu solus nostros es miserátus erróres : Patri obédiens, ductus es ad crucifi-

géndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. 19. 28.

In illo témpore : Sciens Jesus, quia Lómnia consummáta sunt, ut consummarétur scriptúra, dixit : Sítio. Vas ergo erat pósito acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hysópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acétum, dixit : Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascéve erat) ut non remanérent in Cruce córpora sábbato, (erat enim magnus dies ille sábbati) rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites; et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum lancea latus ejus apérui, et continuo exívit sanguis, et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Credo.

Offertorium. Insurrexérunt in me viri iníqui, absque misericórdia quæsiérunt me interficere; et non pepercé runt in fáciem meam spúere : lanceis suis vulneravérunt me, et concússa sunt ómnia ossa mea.

Secreta.

Sanctíficet nos, quæsumus Dómine, hoc sanctum et immaculátum sacrificium vespertinum : quod unigénitus Fílius tuus in Cruce obtulit pro salute mundi. Qui tecum vivit.

Præfatio de Cruce.

Communio. Vidébunt in quem transfixérunt, cum moveréntur fundaménta terræ.

Postcommunio.

Dómine Jesu Christe, qui temetípsum in Cruce hólócaustum im-

maculátum et spontáneum Deo Patri obtulisti : quæsumus; ut ejúsdem sacrificii oblátio veneránda indulgéntiam nobis obtíneat, et glóriam sempitérnam. Qui vivis.

FERIA 6

POST DOMINICAM II QUADRAGESIMÆ.

IN FESTO SS. SINDONIS D. N. J. C.

Introitus.

Humiliávit semetípsum Dóminus Jesus Christus usque ad mortem, mortem autem crucis : propter quod et Deus exaltávit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen. *Psal.* (88.) Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo : in generatióem, et generatióem annuntiábo veritátem tuam in ore meo. γ. Glória.

Oratio.

Deus, qui nobis in sancta Síndone, qua Corpus tuum sacratíssimum e cruce depósitum, a Joseph involútum fuit, Passiónis tuæ vestigia reliquisti : concéde propítius; ut per mortem et sepultúram tuam, ad resurrectionis glóriam perducámur. Qui vivis et regnas.

Léctio Isaíæ Prophétæ. 62. 63.

Hæc dicit Dóminus Deus : Dícite fíliæ Sion : Ecce Salvátor tuus venit : ecce merces ejus cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ. Ego, qui loquor justítiam, et propugnátor sum ad salvándum. Quare ergo rubrum est induméntum tuum, et vestiménta tua, sicut calcántium in torculari? Tórcular calcávi solus, et de gentibus non est vir mecum : calcávi eos in furóre meo, et conculcávi eos in ira mea : et aspérus est sanguis eórum super vestiménta mea, et ómnia induménta

mea inquinávi. Dies enim ultiónis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. Circumspéxi, et non erat auxiliátor : quæsi, et non fuit qui adjuvaret; et salvávit mihi bráchium meum, et indignatio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcávi pópulos in furóre meo, et inebriávi eos in indignatione mea, et detráxi in terram virtutem eorum. Miserationum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus, quæ réddidit nobis Dóminus Deus noster.

Graduale. (Ps. 68.) Improperium expectávit cor meum, et misériam : et sustínui, qui simul mecum contristáretur, et non fuit : consolántem me quæsi, et non invéni. ⁊. Dedérunt in escam meam fæt, et in siti mea potavérunt me acéto.

Tractus. (Isaïæ 53.) Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. ⁊. Et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum. ⁊. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scélera nostra. ⁊. Disciplína pacis nostræ supér eum, et livóre ejus sanáti sumus.

† Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum. 15. 42.

In illo témpore : Cum jam sero esset factum (quia erat Parascéve, quod est ante sábbatum), venit Joseph ab Arimathæa, nóbilis decúrio, qui et ipse erat expéctans regnum Dei, et audácter introívit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Pilátus autem mirabátur, si jam obiisset. Et accersíto centurióne, interrogávit eum, si jam mórtuus esset. Et cum cognovísset a centurióne, donávit corpus Joseph. Joseph autem mercátus síndonem, et depónens eum invólvit síndone, et pósuit eum in monuménto, quod erat excísum de petra, et advólvit lápidem ad óstium monuménti. Credo.

Offertorium. Ingréssus Aaron taber-

náculum, ut holocáustum offérret super altáre pro peccátis filiórum Israel, túnica línea indútus est.

Secreta.

Accépta tibi, Dómine, sint hæc múnera, cui pro mundi salúte grata éxstitit Fílii tui pássio gloriósa. Per eúmdem Dóminum.

Præfatio de Cruce.

Communio. (Marc. 15.) Joseph autem mercátus síndonem, et depónens eum invólvit síndone.

Postcommunio.

Satiásti, Domine, famíliam tuam múnéribus sacris, quæsumus : ut per temporálem Fílii tui mortem, quam mystéria veneránda testántur; vitam te nobis dedísse perpétuam confidámus. Per eúmdem Dóminum.

FERIA 6

POST DOMINICAM III QUADRAGESIMÆ.

IN FESTO

SACRARUM QUINQUE PLAGARUM

D. N. J. C.

Missa Humiliavit, votiva de Passione, fol. 37, præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Deus, qui unigéniti Fílii tui passióne, et per quinque Vúlnera ejus Sánguine effusióne humánam natúram peccáto pérditam reparásti : tríbue nobis, quæsumus; ut qui ab eo suscep-ta vúlnera venerámur in terris, ejúsdem pretiosíssimi Sánguine fructum cónsequi mereámur in cœlis. Per eúmdem Dóminum.

In Quadragesima fit commemoratio Feriæ, et legitur ejusdem Evangelium in fine. Et dicitur Credo.

Secreta.

Majestáti tuæ, quæsumus Dómine, Maccépta sint dona, in quibus ipsa Unigéniti tui Vúlnera tibi offérimus,

nostræ prætia libertátis. Per eúndem Dóminum.

Præfatio de Cruce.

Postcommunio.

Refecti vitálibus alimóniis, quæsumus, Dómine Deus noster : ut qui Vúlnera Dómini nostri Jesu Christi hodie devóte cólimus, hæc in nostris córdibus impréssa, móribus et vita teneámus. Per eúndem Dóminum.

FERIA 6

POST DOMINICAM IV QUADRAGESIMÆ.

IN FESTO

PRETIOSISSIMI SANGUINIS

D. N. J. C.

Introitus.

Apoc. 5.

Redemísti nos, Dómine, in Sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et pópulo, et natióne, et fecísti nos Deo nostro regnum. *Psal. (88.)* Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo : in generatióem et generatióem annuntiábo veritátem tuam in ore meo. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Unigénitum Fílium tuum mundi Redemptórem constituísti, ac ejus Sanguine placári voluísti : concéde, quæsumus, salútis nostræ prætium solémni cultu ita venerári, atque a præsentis vitæ malis, ejus virtúte, deféndi in terris, ut fructu perpétuo lætémur in cœlis. Per eúndem Dóminum.

Et fit commemoratio Feriæ, et legitur ejusdem Evangelium in fine.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos. 9. 11.

Eratres : Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufactum, id est, non hujus creatiós :

neque per ságuinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium Sanguinem introívit semel in sancta, ætérna redemptione invénta. Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vítulæ aspérsus inquinátos sanctificat ad emundatióem carnis ; quanto magis Sanguis Christi, qui per Spíritum sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti ? Et ídeo novi testaménti mediátor est, ut morte intercedénte, in redemptionem eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióri testaménto, repromissióem accípiant qui vocáti sunt ætérnæ hæreditátis, in Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale. (1. Joan. 5.) Hic est, qui venit per aquam et ságuinem, Jesus Christus : non in aqua solum, sed in aqua et ságuine. *ÿ. Tres sunt, qui testimónium dant in cœlo : Pater, Verbum, et Spíritus sanctus : et hi tres, unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra : Spíritus, Aqua, et Sanguis : et hi tres, unum sunt.*

Tractus. (Ephes. 1.) Gratificávit nos Deus in dilécto Fílio suo, in quo habémus redemptionem per Sanguinem ejus. *ÿ. Remissióem peccatórum, secúndum divítias grátiae ejus, quæ superabundávit in nobis. ÿ. (Rom. 3.)* Justificáti gratis per grátiam ipsíus, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu. *ÿ. Quem propósuit Deus propitiatióem per fidem in Sanguine ipsíus.*

Tempore Paschali in Missis votivis dicitur :

Allelúia, allelúia. *ÿ. (Apoc. 5.)* Dignus es, Dómine, accípere librum, et aperíre signácula ejus : quóniam occísus es, et redemísti nos Deo in Sanguine tuo. Allelúia. *ÿ. (Exodi 12.)* Erit autem sanguis vobis in signum : et vidébo ságuinem, et transíbo vos : nec

erit in vobis plaga dispérens. Allel.

In Missis votivis per Annum dicitur sequens

Graduale. (1. Joan. 5.) Hic est, qui venit per aquam et sánguinem, Jesus Christus : non in aqua solum, sed in aqua et ságuine. *ÿ.* Tres sunt, qui testimónium dant in cœlo : Pater, Verbum, et Spíritus sanctus : et hi tres, unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra : Spíritus, Aqua, et Sanguis : et hi tres, unum sunt.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. 19. 30.

In illo témpore : Cum accepisset Jesus Iacétum, dixit : Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. Judæi ergo (quóniam Parascève erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura, et altérius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura ; sed unus mílitum láncea latus ejus apérui, et continuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Credo.

Offertorium. (1. Cor. 10.) Calix benedictiónis, cui benedícimus, nonne comunicátio Sanguinis Christi est ? Et panis, quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini est ?

Secreta.

Per hæc divína mystéria, ad novi, quæsumus, testaménti mediátorem Jesum accedámus : et super altária tua, Dómine virtútum, aspersionem Sanguinis, mélius loquéntem, quam Abel, innovémus. Per eúndem Dóminum.

Præfatio de Cruce.

Communio. (Hebr. 9.) Christus semel oblátus est ad multórum exhauriéndam peccáta : secúndo sine peccáto apparébit expectántibus se, in salútem.

Postcommunio.

Ad sacram, Dómine, mensam admísi, háusimus aquas in gáudio de fón-tibus Salvatóris : Sanguis ejus fiat nobis, quæsumus, fons aquæ in vitam ætérnam saliéntis. Qui tecum vivit et regnat.

DIE 18 MARTII.

S. GABRIELIS ARCHANGELI.

Introitus. Ps. 102.

Benedícite Dóminum omnes Angeli ejus : poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus, ad audiéndam vocem sermónum ejus. *Psal.* Benedic ánima mea Dómino : et ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus. *ÿ.* Glória.

Oratio.

Deus, qui inter cæteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuæ mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti : concéde propítius ; ut qui festum ejus celebrámus in terris, ipsíus patrocínium sentiámus in cœlis. Qui vivis et regnas.

Et fit commemoratio Feriæ.

Léctio Daniélis Prophætæ. 9. 21.

In diébus illis : Ecce vir Gábriel, quem víderam in visióne a princípio, cito volans tétigit me in témpore sacrificií vespertíni. Et dócuit me, et locútus est mihi, dixítque : Dániel, nunc egréssus sum, ut docérem te, et intelligeres. Ab exórdio precum tuárum egréssus est sermo : ego autem veni, ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es : tu ergo animadvérte sermónem, et intéllige visiónem. Septuagínta hebdómades abbreviátæ sunt super pópulum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut con-

summétur prævaricatio, et finem accipiat peccátum, et deleátur iníquitas, et adducátur justítia sempitérna, et impleátur visio et prophetía : et ungátur Sanctus sanctórum. Scito ergo, et animadvérte : ab éxitu sermónis ut íterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt, et rursum ædificábitur platéa, et muri in angústia témporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidétur Christus : et non erit ejus pópulus, qui eum negáturus est. Et civitátem, et sanctuárium dissipábit pópulus cum duce ventúro : et finis ejus vástitas, et post finem belli statúta desolátio.

Graduale. (Ps. 102.) Benedícite Dóminum omnes Angeli ejus, poténtes virtúte, qui fácitis verbum ejus. *ÿ.* Benedic ánima mea Dóminum, et ómnia interióra mea nomen sanctum ejus.

Tractus. (Lucæ 1.) Ave María, grátia plena, Dóminustecum. *ÿ.* Benedícta tu in muliéribus : et benedíctus fructus ventris tui. *ÿ.* Ecce concípies et páries filium, et vocábis nomen ejus Emmánuel. *ÿ.* Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. *ÿ.* Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Filius Dei.

¶ *Si hoc festum post Pascha celebretur, omissis Graduali et Tractu, dicitur :*

Alleluia, allelúia. *ÿ.* (Ps. 103.) Qui facit Angelos suos spíritus : et ministros suos flammam ignis. Allelúia. *ÿ.* (Luc. 1.) Ave María, grátia plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secundum Lucam. 1. 26.

In illo témpore : Missus est Angelus **I**gabriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen vírgi-

nis, María. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave grátia plena : Dóminustecum : benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait Angelus ei : Ne tíneas, María, invenísti enim grátiam apud Deum : Ecce concípies in útero, et páries filium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elisabeth cognáta tua, et ipsa concépit filium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis : quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María : Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. Credo.

Offertorium. (Apoc. 8.) Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum áureum in manu sua : et data sunt ei incénsa multa, et ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dei.

Secreta.

Accéptum fiat in conspéctu tuo, Dómine, nostræ servitútis munus, et beáti Archángeli Gabriélis orátio : ut qui a nobis venerátur in terris ; sic apud te pro nobis sit advocátus in cœlis. Per Dóminum.

Communio. (Dan. 3.) Benedícite omnes Angeli Dómini Dómino : hymnum dicite, et superexaltáte eum in sécula.

Postcommunio.

Córporeis tui et Sanguinis sumptis **A**mystériis, tuam, Dómine Deus no-

ster, deprecámur cleméntiam : ut sicut Gabriële nuntiánte, Incarnatióem tuam cognóvimus; ita ipso adjuvánte, Incarnatiónis ejúsdem beneficia consequámur. Qui vivis, etc.

DOMINICA 3 POST PASCHA.

IN FESTO

PATROCINII S. JOSEPH CONF.,
SPONSI B. M. V.

Introitus. Ps. 32.

Adjútor, et protéctor noster est Dóminus: in eo lætábitur cor nostrum, et in nómine sancto ejus sperávimus, allelúia, allelúia. *Psal. (79.)* Qui regis Israel inténde: qui dedúcis, velut ovem, Joseph. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Deus, qui ineffábili providéntia beatum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum eligere dignátus es: præsta, quæsumus; ut quem Protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Qui vivis.

Deinde fit commem. Dominicæ.

Lectio libri Génesis. 49. 22.

Fílius accrésceus, Joseph, fílius accrésceus, et decórus aspéctu: filiæ discurrérunt super murum. Sed exasperavérunt eum, et jurgáti sunt, inviderúntque illi habéntes jácula. Sedit in forti arcus ejus, et dissolúta sunt vinctula brachiórum, et mánuum illíus per manus poténtis Jacob: inde pastor egréssus est, lapis Israel. Deus patris tui erit adjútor tuus, et omnípotens benedícet tibi benedictiónibus cœli désuper, benedictiónibus abyssi jacéntis deórsum, benedictiónibus úberum et vulvæ. Benedictiónes patris tui confortatæ sunt benedictiónibus patrum ejus, donec veníret desidérium cóllium æternórum: fiant in cápite Joseph, et in vértice Nazaræi inter fratres suos.

Allelúia, allelúia. *ÿ. De quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáu-*

diam eos, et ero protéctor eórum semper. Allelúia. *ÿ. Fac nos innócuam, Joseph, decúrre vitam: sitque tuo semper tuta Patrocínio. Allelúia.*

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam. 3. 21.

In illo témpore: Factum est autem cum baptizárétur omnis pópulus, et Jesu baptizáto, et oránte, apértum est cœlum: et descéndit Spíritus sanctus corporáli spécie sicut colúmba in ipsum; et vox de cœlo facta est: Tu es Fílius meus diléctus, in te complácu mihi. Et ipse Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur fílius Joseph. *Credo.*

Offertorium. (Ps. 147.) Lauda Jerúsalem Dóminum: quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit fíliis tuis in te, allelúia, allelúia.

Secreta.

Sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsi SPatrocínio suffúlti, rogámus, Dómine, cleméntiam tuam: ut corda nostra fácias terréna cuncta despícere, ac te verum Deum perfécta charitaté diligere. Qui vivis.

Communio. (Matth. 1.) Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus, allelúia, allelúia.

Postcommunio.

Divíni múnere fonte refécti, quæsumus, Dómine Deus noster: ut sicut nos facis beáti Joseph protectióne gaudére; ita ejus méritis et intercessióne, cœlestis glóriæ fácias esse partícipes. Per Dóminum.

In fine legitur Evangel. Dominicæ.

DIE 11 MAIL.

B. FRANCISCI DE HIERONYMO.

Missa Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis, fol. 17, præter Orationes sequentes.*

Oratio.

Deus, qui beátum Francíscum, ad animárum salútem, exímium verbi tui præcónem effecísti : ejus nobis intercessióne concéde; ut legis tuæ mandáta et júgiter scrutémur in corde, et fidéliter opéribus exequámur. Per Dñm.

Secreta.

Múnera, Dómine, quæ de tua pietáte suscepimus, beáti Francísci commemoratióne devóte offérimus, supplíciter deprecántes : ut bona étiam ópera de tua cleméntia suscipiámus, quibus justítiam tuam placáre possimus. Per Dóminum.

Postcommunio.

Mensæ tuæ, Dómine, salutáre mystérium, beáto Francíscó Confessóre tuo intercedénte, corda nostra purificet; ut nihil in nobis, quod púnias, sed quod coronáre possis, invénias. Per D.

DIE 15 MAII.

S. ISIDORI AGRICOLÆ CONF.

Introitus. Ps. 91.

Justus ut palma florébit, sicut cedrus Libani multiplicábitur : plantátus in domo Dómini in átriis domus Dei nostri, allelúia, allelúia. *Psal.* Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime. γ. Glória.

Oratio.

Da nobis, quæsumus omnípotens Deus, beáto Isidóro agrícóla Confessóre tuo intercedénte, supérbe non sápere : sed ejus méritis et exémpis, plácita tibi semper humilitáte deservíre. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Jacóbi

Apóstoli. 5. 8. 16.

Fratres : Patiéntes estóte usque ad advéntum Dómini. Ecce agrícóla expéctat pretiósum fructum terræ, patiénter ferens, donec accípiat temporáneum, et serótinum. Patiéntes ígitur estóte et vos, et confirmáte corda ve-

strá, quóniam advéntus Dómini appropinquávit. Ecce beatificámus eos, qui sustinuérunt. Sufferéntiam Job audístis, et finem Dómini vidístis, quóniam miséricors Dóminus est, et miserátor. Confitémini ergo altérutrum peccáta vestra, et oráte pro ínvicem, ut salvémini : multum enim valet deprecátió justí assídua. Elías homo erat similis nobis passíbilis, et oratióne orávit, ut non plúeret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rursus orávit, et cœlum dedit plúviam, et terra dedit fructum suum.

Temp. Pasch. Allelúia, allelúia. γ. (Ps. 111.) Beátus vir, qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. Allelúia. γ. (*Oseæ 14.*) Justus germínabit sicut lílium, et florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúia.

Extra Temp. Pasch. Graduale. (Ps. 36.) Os justí meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium. γ. Lex Dei ejus in corde ipsíus; et non supplantabúntur gressus ejus.

Allelúia, allelúia. γ. (*Ps. 111.*) Beátus vir, qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. 15.

In illo témpore : Dixit Jesus discíplis suis : Ego sum vitis vera, et Pater meus agrícóla est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum : et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Manéte in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite : sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmities : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut pal-

mes, et aréscet, et cōlligent eum, et in ignem mittent et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluéritis petétis, et fiet vobis.

Offertorium. (Ps. 20.) In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exultábit veheménter : desiderium ánimæ ejus tribuísti ei, allel.

Secreta.

Propitiáre, Dómine, supplicatió nibus nostris, et has pópuli tui oblatiões benígnus assúme, ut intercedénte beáto Isidóro Confessóre tuo, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum.

Communio. (Matth. 19.) Amen dico vobis, quod vos, qui reliquistis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam ætérnam possidébitis, allel.

Postcommunio.

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cœléste mystérium : et præsta; ut sancti Isidóri Confessóris tui, cujus exéquimur cultum, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

DIE 16 MAIL.

S. JOANNIS NEPOMUCENI MART.

Tempore Paschali, Missa Protexisti, ut in Comuni unius Martyris, fol. 6, cum Evāgelium Nihil est opertum, de Comuni unius Mart. non Pont., fol. 5*.*

Extra tempus Paschale, Missa Lætábitur, de eodem Comuni secundo loco, fol. 5.*

Præter Orationes sequentes.

Oratio.

Deus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentále siléntium, nova Ecclésiā tuā martyrii corónā decorásti : da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguā caute custodíre, ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum, in hoc século toleráre. Per D.

Secreta.

Per hæc tua, Dómine, sacra mystéria illo nos charitátis igne accendámur, quo ínclytus Martyr Joánnes eadē peragēdo flagrábat. Per Dóminum.

Postcommunio.

Spíritum, Dómine, fortitúdinis hæc nobis tríbuat mensa cœléstis, quæ beáti Mátyris tui Joánnis pro sacraménti honóre tentátam constántiam júgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus sancti, etc.

DIE 21 MAIL.

S. FELICIS A CANTALICIO CONF.

Introitus. 1. Reg. 2.

Dóminus páuperem facit, et ditat, humiliat, et súblevat : súscitat de púlvere egénium, et de stércore elevat páuperem : ut sédeat cum principibus, et sólum glóriæ téneat. (*Tempore Pasch. Allelúia, allelúia.*) *Psal. (68.)* Videant páuperes, et læténtur : quærite Deum, et vivet ánima vestra : quóniam exaudivit páuperes Dóminus. *ŷ. Glória.*

Oratio.

Fac nos, Dómine Jesu, in simplicitáte et innocéntia cordis nostri ambuláre : quarum amóre de sinu Matris inter beáti Felícis Confessóris tui bráchia descendisti. Qui vivis.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossénses. 3. 12.

Fratres : induíte vos sicut elécti Dei, sancti et dilécti, viscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam, supportántes invicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam : sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, charitátem habéte, quod est vínculum perfectiōnis : et pax Christi exúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis

in uno corpore; et grati estote. Verbum Christi habitat in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, et commo- nentes vosmetipsos psalmis, hymnis, et canticis spirituálibus, in grátia can- tantes in córdibus vestris Deo. Omne quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agentes Deo et Patri per ipsum.

Tempore Paschali. Allelúia, allelúia. *ŷ.* (Ps. 26.) Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ : ut vídeam voluptátem Dómini. Allelúia. *ŷ.* (Ps. 67.) Parásti in dulcédine tua páuperi, Deus. Allelúia.

Extra Temp. Pasch. Graduale. (Ps. 17.) Misit de summo, et accépit me, et assúmpsit me de aquis multis. *ŷ.* Et retribuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam : et secúndum puri- tatem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus.

Allelúia, allelúia. *ŷ.* (Ps. 30.) Be- nedíctus Dóminus, quóniam mirificá- vit misericórdiam suam mihi in civi- tate muníta. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secún- dum Matthæum. 11. 25.

In illo témpore : Respóndens Jesus **I**dixit : Confíteor tibi, Pater, Dómine cœli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita Pater, quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádicta sunt a Patre meo. Et nemo novit Fí- lium, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Fílius, et cui volúerit Fí- lius reveláre. Veníte ad me omnes, qui laborátis, et onerátí estis, et ego refíciam vos. Tóllite jugum meum su- per vos, et díscite a me, quia mitis sum et húmilis corde : et inveniétis ré- quietem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est, et onus meum leve.

Offertorium. (Sap. 10.) Honestávit illum in labóribus, et complévit labó- res illius.

Temp. Pasch. additur Allelúia.

Secreta.

Adésto votis nostris, clementíssime Deus : ut hæc oblátio salutáris, quæ in honórem beáti Felícis persólvitur; ad delictórum nostrórum véniam im- petrándam, in odórem suavitátis ascén- dat. Per Dóminum.

Communio. (Cant. 2 et 3.) Diléctus meus mihi, et ego illi : ténuí eum, nec dimíttam.

Temp. Pasch. additur Allelúia.

Postcommunio.

Exúberet, quæsumus Dómine, in cór- dibus nostris percépti grátia sacra- ménti : quæ nos beáti Felícis Confessó- ris tui imitatióne puríficet, atque inter- cessióne commúniat. Per Dóminum.

DIE 24 MAII.

IN FESTO B. MARIÆ VIRGINIS

TITULO

AUXILIUM CHRISTIANORUM.

Introitus. Sedulius.

Salve sancta parens, eníxa puérpe- ra Regem : qui cœlum terrámque regit inséculaseculórum. (*Tempore Paschali.* Allelúia, allelúia.) *Psal.* (44.) Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. *ŷ.* Glória.

Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, qui ad defensiónem pópuli Christiáni in beatíssima Vírgine María perpétuum Auxílium mirabíliter constituísti : con- cède propítius; ut tali præsidio muni- ti, certántes in vita, victóriam de ho- ste maligno cónsequi valeámus in mor- te. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ. *Eccli.* 24. 14.

Ab initio, et ante sécula creáta sum, et usque ad futúrum séculum non

désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

Tempore Paschali. Allelúia, allelúia. *ŷ.* (Num. 17.) Virga Jesse flóruit : Virgo Deum et hóminem génuít : pacem Deus réddidit, in se reconcílians ima summis. Allelúia. *ŷ.* (Luc. 1.) Ave María, grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus. Allelúia.

Post tempus Paschale.

Graduale. Benedícta et venerábilis es, Virgo María, quæ sine tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris. *ŷ.* Virgo Dei Génitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

Allelúia, allelúia. *ŷ.* Post partum, Virgo, invioláta permánsísti : Dei Génitrix intercède pro nobis. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam. 11. 27.

In illo témpore : Loquente Jesu ad turbas, extóllens vocem quædam mulier de turba, dixit illi : Beátus venter, qui te portávit, et úbera, quæ suxísti. At ille dixit : Quinímo beáti qui áudiunt verbum Dei, et custódiunt illud.

Credo.

Offertorium. (Luc. 1.) Ave María, grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

Tempore Paschali. Allelúia.

Secreta.

Pro relígiónis Christiánæ triúmphi hóstias placatiónis tibi, Dómine, immolámus : quæ, ut nobis proficiant, opem auxiliátrix Virgo præstet, per quam talis perfécta est victória. Per Dóminum.

Præfatio de beata Maria, Et te in Festivitate.

Communio. Beáta víscera Mariæ Virginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium.

Tempore Paschali. Allelúia.

Postcommunio.

Adésto, Dómine, pópulis, qui participatióne Córporis et Sanguinis tui reficiúntur : ut sanctíssima tua Genitrice auxiliánte, ab omni malo et periculo liberéntur, et in omni ópere bono custodiántur. Qui vivis, etc.

FERIA 6

POST OCTAVAM SS. CORPORIS CHRISTI.

FESTUM SS. CORDIS JESU.

Introitus. Jer. in Thren. c. 3.

Miserébitur secúndum multitudinem miseratiónum suárum : non enim humiliávit ex corde suo, et abjécit filios hóminum : bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quærénti illum, allelúia, allelúia. *Psal.* (88.) Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo, in generatiónem et generatiónem. *ŷ.* Glória.

Oratio.

Concède, quæsumus omnípotens Deus : ut qui in sanctíssimo dilécti Fílii tui Corde gloriántes, præcípua in nos charitátis ejus beneficia recólimus; eórum páriter et actu delectémur, et fructu. Per eúmdem Dóminum.

Léctio Isaíæ Prophétæ. 12.

Confitebor tibi, Dómine, quóniam Cirátus es mihi : convérsus est furor tuus, et consolátus es me. Ecce Deus Salvátor meus, fiduciáliter agam, et non timébo; quia fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, et factus est mihi in salutem. Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris. Et dicétis in illa die : Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus : mementóte quóniam excélsus est nomen ejus. Cantáte Dó-

mino quóniam magnífice fecit : annuntiáte hoc in univérſa terra. Exúlta, et lauda habitátio Sion, quia magnus in médio tui sanctus Israel.

Graduale. (Jer. Thren. 1.) O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite, et vidéte, si est dolor sicut dolor meus. *ÿ.* Cum dilexísset suos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* (Matth. 11.) Dísците a me, quia mitis sum, et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. 19. 31.

In illo témpore : Judæi, quóniam Parascéve erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites, et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura; sed unus mílitum láncea latus ejus apéruiť, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimoniúm perhíbuit, et verum est testimoniúm ejus. Credo.

Offertorium. (Ps. 102.) Bénedic ánima mea Dómino, et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus, qui replet in bonis desidérium tuum, allelúia.

Secreta.

Tuére nos, Dómine, tua tibi holocáusta offeréntes : ad quæ, ut fervéntius corda nostra præparéntur, flammis adúre tuæ divínæ charitátis. Qui vivis et regnas, etc.

Præfatio de Cruce.

Communio. (Ps. 68.) Impropérium expectávit cor meum et misériam : et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit, et qui consolarétur, et non invéni, allelúia.

Postcommunio.

Pacíficis pasti delíciis, et salutáribus sacraméntis, tesúplices exorámus, Dómine Deus noster : ut qui mitis es, et húmilis corde, nos a vitiórum labe purgátos, propénsius fácias a supérbis séculi vanitátibus abhorrére. Qui vivis.

DIE 16 JUNII.

S. JOANNIS FRANCISCI REGIS, C.

Missa Os justi, fol. 17, cum Orationibus sequentibus.*

Oratio.

Deus, qui ad plúrimos pro salúte animárum perferéndos labóres, beatum Joánnem Francíscum Confessórem tuum mirábili charitáte et invícta patiéntia decorásti : concéde propítius; ut ejus exémpis instrúcti, et intercessionibus adjúti, æternæ vitæ præmia consequámur. Per Dóminum.

Secreta.

Charitátis víctima, quam immolántes offerimus, sit nobis, Dómine, te miseránte propitiábilis : et beáti Joánnis Francísci précibus et méritis, ad obtinéndum patiéntiæ et charitátis augméntum éfficax et salutáris. Per D.

Postcommunio.

Crescat in nobis, Dómine, pietátis tuæ efféctus salutáris : ut cœlésti pábulo refécti, ad æternæ salútis portum, te misericórditer protegénte, et beáto Joánni Francíſco intercedénte, feliciter perveníre valeámus. Per D.

DIE 9 JULII.

S. VERONICÆ DE JULIANIS VIRG.

Missa Dilexisti, de Comuni, fol. 22.*

Oratio.

Dómine Jesu Christe, qui beátam Verónicam Vírginem Passiόνis tuæ signis mirábilem effecísti : concéde propítius; ut carnem crucifigéntes, ad gáudia æterna perveníre mereámur. Qui vivis et regnas, etc.

Secreta.

Súscipe, miséricors Deus, quas tibi Shumíliter offérimus, laudis hóstias: et interveniénte beáta Verónica Vírgine tua; fac eas nobis ad perpétuum proveníre subsidium. Per Dóminum.

Postcommunio.

Cœlésti múnere roborátos fac nos, Cquæsumus Dómine Deus noster, beáta Verónica Vírginis tuæ et exémp-
lis ínstrui, et patrocíniis adjuvári. Per Dóminum.

DIE 16 AUGUSTI.

S. ROCHI CONFESSORIS.

Missa Justus, de Comuni Confessoris non Pontificis, fol. 18, præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Pópulum tuum, quæsumus Dómine, continúa pietáte custódi: et beáti Rochi suffragántibus méritis, ab omni fac ánimæ et córporis contagióne secúrum. Per Dóminum.

Et fit commemoratio Octavæ Assumptionis et S. Laurentii, ut in Missali.

Credo, et Præfatio de Octava.

DOMINICA POST OCTAVAM ASSUMPTIONIS.

FESTUM

PURISSIMI CORDIS B. M. V.

Missa Salve sancta parens, ut in Missis votivis beatæ Mariæ Virginis a Pentecoste usque ad Adventum, fol. 42.*

Dicitur Credo.

In Præfatione de beata Maria Virgine, Et te in Festivitate.

DOMINICA 2 OCTOBRIS.

FESTUM MATERNITATIS B. M. V.

Introitus. Sedulius.

Salve sancta parens, eníxa puérpera Regem: qui cœlum, terrámque regit in sécula seculórum. *Psal. (44.)* Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis Útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: præsta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessiόνibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Et fit comm. Dominicæ occurrentis. Lécio libri Sapiéntiæ. Eccli. 24. 24.

Ego quasi vitis fructificávi suavitátem Odóris: et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiόνis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupiscitis me, et a generatiόνibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatiónes seculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient: et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur: et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

Graduale. (Isaïæ 11.) Egrediétur virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. *ÿ. Et requiescet super eum Spíritus Dómini.*

Allelúia, allelúia. ÿ. (Isaïæ 7.) Ecce virgo concipiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. *Allel. † Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam. 2. 43.*

In illo témpore: Cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos, et notos. Et non inveniéntes regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post trídum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos, et interrogántem eos. Stupébant

autem omnes qui eum audiébant, super prudentia et responsis ejus. Et videntes admirati sunt. Et dixit Mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, et ego dolentes quærebatumus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Náza-reth : et erat subditus illis. Credo.

Offertorium. (Matth. 1.) Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, inventa est in útero habens de Spíritu sancto.

Secreta.

Tua, Dómine, propitiatióne, et beatæ Mariæ semper Virginitatis Unigeniti tui matris intercessiône, ad perpétuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, et pacem. Per eundem Dóminum.

Præfatio de beata Maria. Et te in Festivitate.

Communio. Beata viscera Mariæ Virginitatis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

Postcommunio.

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crimine : et intercedente beata Virgine Dei Genitrice Maria, coelæstis remédii faciat esse consórtes. Per eundem Dóminum.

In fine legitur Evangelium Dominicæ occurrentis.

DOMINICA 3 OCTOBRIS.

FESTUM PURITATIS B. M. V.

Introitus. Sedulius.

Salve sancta parens, enixa puérpera Regem : qui cælum, terramque regit in sæcula sæculórum. *Psal.* (44.) Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea Regi. *ÿ. Gló.*

Oratio.

Da, quæsumus omnipotens æternæ Deus : ut purissimæ Virginitatis Mariæ integerrimam Virginitatem festiva celebritate venerantes; ejus intercessiône, puritatem mentis et corporis consequamur. Per Dóminum.

Et fit comm. Dominicæ occurrentis.

Lectio libri Sapiéntiæ. *Cant.* 2. 10.

En dilectus meus loquitur mihi : Surge, propra, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hyems tránsiit, imber ábiit, et recéssit. Flores apparuerunt in terra nostra : tempus putatiónis advénit : vox túrturis audita est in terra nostra : ficus protulit grossos suos : vineæ floréntes dederunt odórem suum. Surge amica mea, speciosa mea, et veni : columba mea, in foraminibus petræ, in caverna maceræ, ostende mihi faciém tuam, sonet vox tua in áuribus meis : vox enim tua dulcis, et facies tua decora.

Graduale. (Cant. 2.) Sicut lílium inter spinas, sic amica mea inter filias. *ÿ.* Diléctus meus mihi, et ego illi, qui páscitur inter lília.

Allelúia, allelúia. *ÿ.* (Cant. 6.) Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrórum ácies ordinata? Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam. 1. 26.

In illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Náza-reth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit : Ave grátia plena : Dóminus tecum : benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermóne ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne

timeas, María, invenisti enim grátiam apud Deum : Ecce concípies in útero, et páries filium, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnabit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit finis. Dixit autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei : Spíritus sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Credo.

Offertorium. Post partum, Virgo, invioláta permansísti : Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Secreta.

Unigéniti tui, Dómine, nobis succúrrat humánitas : ut qui natus de Virgine, matris integritátem non mínuit, sed sacrávit, in Puritátis ejus solémniis, nostris nos piáculis exuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Jesus Christus Dóminus noster. Qui tecum vivit.

Præfatio de beata Maria. Et te in Festivitate.

Communio. Benedícta, et venerábilis es, Virgo María, quæ sine tactu pudóris, invénta es Mater Salvatoris.

Postcommunio.

Sumptis, Dómine, salútis nostræ subsidíis : da, quæsumus, puríssimæ Virginis Mariæ patrocíniis nos ubique prótegi, in cujus veneratióne hæc tuæ obtúlimus majestáti. Per Dóminum.

In fine legitur Evangelium Dominicæ occurrentis.

DIE 23 OCTOBRIS.

IN FESTO SS. REDEMPTORIS.

Introitus. *Isaïæ 61.*

Gaudens gaudébo in Dómino, et exultábit ánima mea in Deo meo : quia induit me vestiméntis salú-

tis : et induménto justítiæ circúmdedit me. *Psal. (88.)* Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo : in generatióem, et generatióem. *ÿ. Glória.*

Oratio.

Deus, qui Unigénitum tuum mundi Redemptórem constituísti, et per eum devícta morte, nos misericórditer ad vitam reparásti : concéde; ut hæc benefícia recoléntes, tibi perpétua charitáte adhærere, et ejúsdem redempti-ónis fructum percípere mereámur. Per eúndem Dóminum.

Lectio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Ephésios. **1. 3.**

Benedictus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictióne spirituáli, in coeléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutióem, ut essémus sancti et immaculáti in conspéctu ejus in charitáte. Qui prædestinávit nos in adoptiόem filiόrum per Jesum Christum in ipsum, secúndum propósitum voluntátis suæ, in láudem glóriæ grátiae suæ, in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo, in quo habémus redemptiόem per ságuinem ejus, remissiόem peccatórum secúndum divítias grátiae ejus, quæ superabundávit in nobis in omni sapiéntia et prudéntia : ut notum fáceret nobis sacraméntum volúntatis suæ, secúndum beneplácitum ejus, quod propósuit in eo.

Graduale. (Ps. 85.) Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine, et glorificábunt nomen tuum. *ÿ. Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília : tu es Deus solus.*

Allelúia, allelúia. ÿ. (Ps. 73.) Deus autem Rex noster ante sécula, operátus est salútem in médio terræ. *Allelúia.*

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. 3. 13.

In illo témpore : Dixit Jesus Nicodé-
mo : Nemo ascéndit in cœlum, nisi
qui descéndit de cœlo, Fílius hómi-
nis, qui est in cœlo. Et sicut Móyses
exaltávit serpéntem in desérto; ita exal-
tári opórtet Fílium hóminis, ut o-
mnis, qui credit in ipsum non péreat,
sed hábeat vitam ætérmam. Non enim
misit Deus Fílium suum in mundum,
ut júdicet mundum : sed ut salvétur
mundus per ipsum. Qui credit in eum,
non judicátur : qui autem non credit,
jam judicátus est : quia non credit in
nómine unigéniti Fílii Dei. Credo.

Offertorium. Salus pópuli ego sum,
dicit Dóminus : de quacúmque tribula-
tíone clamáverint ad me, exáudiam eos :
et ero illórum Deus in perpétuum. Allel.

Secreta.

Súscipe, quæsumus Dómine, oblá-
tum redemptionis æternæ mysté-
rium : et præsta; ut unigéniti Fílii tui
gloriosis méritis intercedéntibus, vi-
víficet nos semper et múníat. Per
eúmdem Dóminum.

Præfatio de Cruce.

Communio. (Ps. 106.) Confiteántur
Dómino misericórdiæ ejus, et mirabí-
lia ejus filiis hóminum. Allelúia.

Postcommunio.

Córpore tui sacri, ac pretiósí Sán-
guinis, quo redépti sumus, Dó-
mine Jesu Christe, partícipes effécti :
quæsumus; ut in nobis tua múnera
tueáris, atque a præsentis vitæ malis
eréptos, ad bona perdúcas sempitérna.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc.

DIE 24 OCTOBRIS.

S. RAPHAELIS ARCHANGELI.

Introitus. Ps. 102.

Benedícite Dóminum omnes Angeli
ejus : poténtes virtúte, qui faci-
tis verbum ejus, ad audiéndam

vocem sermónum ejus. *Psal.* Benedic
ánima mea Dómino : et ómnia, quæ
intra me sunt, nómini sancto ejus.
ÿ. Glória.

Oratio.

Deus, qui beátum Raphaélem Ar-
chángelum Tobíæ fámulo tuo có-
mitem dedísti in via : concéde nobis
fámulis tuis; ut ejúsdem semper pro-
tegámur custódia, et muniámur auxílio.
Per Dóminum.

Léctio libri Tobíæ. 12. 7.

In diébus illis : Dixit Angelus Rápha-
el ad Tobíam : Etenim sacraméntum
regis abscondere bonum est : ópera
autem Dei reveláre, et confitéri hono-
ríficum est. Bona est orátio cum jejú-
nio, et eleemósyna magis, quam the-
sáuros auri recóndere : quóniam ele-
mósyna a morte liberat, et ipsa est,
quæ purgat peccáta, et facit inveníre
misericórdiam, et vitam ætérmam. Qui
autem faciunt peccátum, et iniquitá-
tem, hostes sunt ánimæ suæ. Manifé-
sto ergo vobis veritátem, et non abscon-
dam á vobis occúltum sermónem. Quan-
do orábas cum lácrymis, et sepeliébas
mórtuos, et derelinquébas prándium
tuum, et mórtuos abscondébas per diem
in domo tua, et nocte sepeliébas eos,
ego obtuli oratióem tuam Dómino.
Et quia accéptus eras Deo, necesse
fuit, ut tentátio probáret te. Et nunc
misit me Dóminus, ut curárem te, et
Saram uxórem filii tui a dæmónio libe-
rárem. Ego enim sum Ráphael Angelus,
unus ex septem, qui astámus ante Dñm.

Graduale. (Tob. 8.) Angelus Dómini
Ráphael apprehéndit, et ligávit dæmo-
nem. ÿ. (Ps. 144.) Magnus Dóminus
noster, et magna virtus ejus.

Allelúia, allelúia. ÿ. (Ps. 137.) In
conspéctu Angelórum psallam tibi, ad-
orábo ad templum sanctum tuum, et
confitébõr nómini tuo, Dómine. Allel.

In Missis votivis post Septuagesimam,

omissis Alleluia et Versu sequenti, dicitur

Tractus. (Ps. 148.) Laudáte Dóminum omnes Angeli ejus : laudáte eum omnes virtútes ejus. ⁊. (Ps. 102.) Benedícite Dóminum omnes Virtútes ejus : minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

In votivis Tempore Paschali.

Allelúia, allelúia. ⁊. (Ps. 102.) Bénedic ánima mea Dóminum, et ómnia interióra mea nomen sanctum ejus. Allelúia. ⁊. (Tob. 5.) Missus est Angelus Dómini sanctus Ráphael a Deo ad Tobíam, et salutávit eum, et dixit : Gáudium sit tibi semper. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. 5.

In illo témpore : Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cæcórum, claudórum, aridórum expectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in piscínam, et movebátur aqua. Et qui prior descendísset in piscínam post motiónem aquæ, sanus fiébat a quacúmque detinebátur infirmitáte.

Credo.

Offertorium. (Apoc. 8.) Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua : et data sunt ei incénsa multa, et ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dei.

Secreta.

Hóstias tibi, Dómine, laudis offériamus, suppliciter deprecántes : ut eásdem, Angélico pro nobis interveniénte suffrágio, et placátus accípias, et ad salutem nostram proveníre concédas. Per Dóminum.

Communio. (Dan. 3.) Benedícite omnes Angeli Dómini Dóminum : hy-

mnium dícite, et superexaltáte eum in sécula.

Postcommunio.

Dirígere dignáre, Dómine Deus, in Adjutórium nostrum sanctum Raphaélem Archángelum : et quem tuæ majestáti semper assístere crédimus, tibi nostras exiguas preces benedicéndas assígnat. Per Dóminum.

DOMINICA 4 OCTOBRIS.

FESTUM PATROCINII B. M. V.

Missa Salve sancta parens, ut in *Missis votivis beatæ Mariæ Virginis a Pentecoste usque ad Adventum, fol. 42*, cum commemoratione Dominicæ occurrentis.*

Et dicitur Credo, et Præfatio de sancta Maria. Et te in Festivitate.

Et in fine Missæ legitur Evangelium Dominicæ.

DIE 13 NOVEMBRIS.

S. STANISLAI KOSTKÆ CONF.

Introitus. Sap. 4.

Consummátus in brevi, explévit témpora multa : plácita enim erat Deo ánima illíus : propter hoc properávit educere illum de médio iniquitátum. *Psal.* (112.) Laudáte púeri Dóminum, laudáte nomen Dómini. ⁊. Glória.

Oratio.

Deus, qui inter cætera sapiéntiæ tuæ **D**mirácula étiam in ténera ætáte matúræ sanctitátis grátiam contulísti : da, quæsumus ; ut beáti Stanislái exémplo, tempus instánter operándo rediméntes, in ætérnam ingredi réquiem festinémus. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ. 4. 7.

Justus, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est non diutúrna, neque annórum número computáta : cani au-

tem sunt sensus hóminis, et ætas se-nectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est diléctus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malítia mutáret intelléctum ejus, aut ne fictio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscurat bona, et inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sine malítia. Consummátus in brevi, explévit témpora multa : plácita enim erat Deo ánima illíus : propter hoc properávit educere illum de médio iniquitátum. Pópuli autem vidéntes, et non intelligéntes, nec ponéntes in præcórdiis tália : quóniam grátia Dei, et misericórdia est in sanctos ejus, et respéctus in eléctos illíus. Condémnat autem justus mórtuus vivos ímpios, et juvéntus celérius consummáta longam vitam injústi.

Graduale. (Ps. 20.) Desidérium cordis ejus tribuísti ei : et voluntáte labiórurum ejus non fraudásti eum. ⁊. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis.

Allelúia, allelúia. ⁊. (Ps. 118.) Inítio cognóvi de testimoniis tuis, quia in ætérnum fundásti ea. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. 19. 13.

In illo témpore : Obláti sunt Jesu párvuli, ut manus eis impóneret, et oráret. Discípuli autem increpábant eos. Jesus vero ait eis : Sínite párvulos, et nolíte eos prohibére ad me veníre : tálium est enim regnum cœlórum. Et cum imposuísset eis manus, ábiit in-

de. Et ecce unus accédens, ait illi : Magíster bone, quid boni fáciam, ut hábeam vitam ætérnam? Qui dixit ei : Quid me intérogas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Dicit illi : Quæ? Jesus autem dixit : Non homicídium fácies : non adulterábis : non fácies furtum : non falsum testimónium dices : honóra patrem tuum et matrem tuam : et díliges próximum tuum sicut te ipsum. Dixit illi adolescens : Omnia hæc custodívi a juvéntute mea : quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus : Si vis perféctus esse, vade, vende ómnia quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cœlo, et veni, séquere me.

Offertorium. (Ps. 42.) Introibo ad altáre Dei, ad Deum, qui lætíficat juvéntutem meam.

Secreta.

Angelórum pane, quæsumus Dómine, beáti Stanislái nos intercésio dignos efficiat, qui eo méruiť angélica manu recreári. Per Dóminum.

Communio. (Eccli. 15.) Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum.

Postcommunio.

Ut nobis, Dómine, cœléstis, quem Usúpsimus, panis sit vitæ, beáto Stanisláo Confessóre tuo intercedén-te, quæsumus : ut panis sit intelléctus, et potus aqua sapiéntiæ salutáris. Per Dóminum.

ORATIONES

PRO FIDEI PROPAGATIONE.

In Festis propriis Societatis Propagationis Fidei, id est, die 3 Maii in Inventione S. Crucis, et die 3 Decembris, in Festo S. Francisci Xaverii, ubicumque exstat prædicta Societas, vel in posterum exstabit, cuilibet Sacerdoti addere licet in Missa Orationes sequentes, de Missa Votiva pro Fidei Propagatione, sub una conclusione quando Festa præfata fiunt sub ritu Dupl. 1 class., servatis de cætero rubricis. (S. R. C. 9 Augusti 1841.)

Oratio.

Deus, qui omnes homines vis salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire : mitte, quæsumus, operarios in messem tuam, et da eis cum omni fiducia loqui verbum tuum; ut sermo tuus currat, et clarificetur, et omnes

gentes cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum. Qui tecum vivit.

Secreta.

Protector noster aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus : et fac; ut ab ortu solis usque ad occasum magnificetur nomen tuum in gentibus, ac in omni loco sacrificetur, et offeratur nomini tuo oblatio munda. Per eundem Dominum.

Postcommunio.

Redemptionis nostræ munere vegetati, quæsumus, Domine : ut hoc perpetuæ salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per Dominum.

MISSA VOTIVA DE SS. SACRAMENTO

Dicenda Feria 5 cujusque hebdomadæ non impedita, fol. 265, servata rubrica ad calcem ejusdem Missæ.

MISSA VOTIVA DE CONCEPTIONE

B. V. M.

Dicenda quolibet Sabbato non impedito, fol. 314.

INDEX SUPPLEMENTI.

FESTA DECEMBRIS.

Die 4. S. Barbaræ, Virg. et Mart.,	fol. 85*
Die 8. In Festo Immaculatæ Conceptionis B. M. V.,	85*
Die 10. In Festo Translationis almæ Domus B. M. V.,	86*
Die 18. In Festo Expectationis partus B. M. V.,	88*
Die 26. Commemoratio omnium SS. Mar- tyrum,	89*

FESTA JANUARI.

Die 23. In Festo Desponsationis B. M. V.,	89*
---	-----

FESTA FEBRUARI.

Die 4. S. Joannæ Valesiæ,	91*
Die 6. S. Hyacinthæ Mariscotti Virg.,	91*
Die 26. S. Margaritæ de Cortona,	91*
De Eadem, alia Missa,	92*
Feria 3 post Dominicam Septuagesimæ, Missa Orationis D. N. J. C.,	92*
Feria 3 post Dominicam Sexagesimæ, Comm. Passionis D. N. J. C.,	93*
Feria 6 post Cineres, in Festo SS. Spineæ Coronæ D. N. J. C.,	94*
Feria 6 post Dominicam I Quadragesimæ, in Festo Lanceæ et Clavorum D. N. J. C.,	95*

FESTA MARTII.

Feria 6 post Dominicam II Quadragesimæ, in Festo SS. Sindonis D. N. J. C.,	96*
Feria 6 post Dominicam III Quadragesimæ, in Festo Sacrarum Quinque Plagarum D. N. J. C.,	97*
Feria 6 post Dominicam IV Quadragesimæ, in Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.,	98*
Die 18. S. Gabrielis Archangeli,	99*

Dominica 3 post Paschâ, in Festo Patroci- nii S. Joseph Conf. Sponsi B. M. V.,	fol. 101*
---	-----------

FESTA MAII.

Die 11. B. Francisci de Hieronymo,	101*
Die 15. S. Isidori Agricolæ Conf.,	102*
Die 16. S. Joannis Nepomuceni Mart.,	103*
Die 21. S. Felicis a Cantalicio Conf.,	103*
Die 24. In Festo B. Mariæ Virginis titulo Auxilium Christianorum,	104*
Feria 6 post Octavam SS. Corporis Christi, Festum SS. Cordis Jesu,	105*

FESTA JUNII.

Die 16. S. Joannis Francisci Regis Conf.,	106*
---	------

FESTA JULII.

Die 9. S. Veronicæ de Julianis Virg.,	106*
---------------------------------------	------

FESTA AUGUSTI.

Die 16. S. Rochi Confessoris,	107*
Dominica post Octavam Assumptionis, Fe- stum Purissimi Cordis B. M. V.,	107*

FESTA OCTOBRIS.

Dominica 2, Festum Maternitatis B. M. V.,	107*
Dominica 3, Festum Puritatis B. M. V.,	108*
Die 23. In Festo SS. Redemptoris,	109*
Die 24. S. Raphaelis Archangeli,	110*
Dominica 4, Festum Patrocinii B. M. V.,	111*

FESTA NOVEMBRIS.

Die 13. S. Stanislai Kostkæ Conf.,	111*
Orationes pro Fidei Propagatione,	113*
Missa Votiva de SS. Sacramento,	113*
Missa Votiva de Conceptione B. M. V.,	113*